HENRICI BOCERI, I.C. ... TRACTATUS DE IURE...

Heinrich Bocerus, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

35. 4. 20.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13 · 13 · A 31.

Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
3 A
31 M

Digitized by Google

13 13. A. 31.

1

MA.

Digitized by Google

HENRICI BOCERI, I.C.

INCLYTA IN ACADEMIA TUBINGENSI ANTECESSORIS, &c.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TRACTATUS DE IVRE COLLECTARVM

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITUS.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

TUBINGAE,
Typis Iohan-Alexandri Cellii,
ANNO M. DC. XVII.

Digitized by Google

13.13.A.31

Digitized by Google

PRÆFATIO

AD

Lectorem Humaniſsimum.

ANNIS *ab hinc aliquot, lector humaniſsime tractatum hunc de jure Collectarum meâ operâ & ſtudio confectum eſſe innotuit multis; qui partim ejus deſcribendi copiam à me deſiderarunt, partim verò editionem illius publicam petierunt ſæpè. Utriſq; morem ut gererem cauſæ impedierunt graves; tandem tamen ut illorum primò, ſic & horum poſtea deſiderium implere omninò placuit, ne invidere cujusquam commodo Ego cuiquam viderer.*

Digitized by Google

Licet autem Libellus hic meus chartarum numero brevis ſit, rerum tamen & quæſtionum utiliſſimarum multitudine refertus eſt abundè. Quod ſi morem quorundam hîc ſequi voluiſſem, qui ex integris aliorum commentariis integros quæſtionum tractatus deſcribere, & ſuis abſq; proprii ingenii inventis infarcire libris conſueverunt, ut copioſos dedicando commentarios, & patronos, eorumq; adminiſtros etiam invitos ampliſſimis laudibus ineptè, ac ridiculè ornando ponderoſa pocula argentea ſordidè (quod averſor) ab ipſis extorqueant, certè hoc de juris argumento opus extruere potuiſſem immenſum. Verum quid aliud, quam actum egiſſem, & non modò aliorum Autorum honori, ſed & Typographorum utilitati obſtitiſſem. Decet virum juſtum ac bonum ſuum cuiq; tribuere, *non quod alienum eſt ſibi glorioſè vindicare: Convenit item, ne impenſarum in literarium opus aliquod factarum juſta retributio à quoquam iniquè impediatur.*

Ubi quis alius quæſtionis cujuſdam reſolutioni ſatisfecit, eò lector ſolum remittendus eſt, vel ſi cui libuerit ingenioſam alterius explicationem quæſtionum quarundam ſuis undiq; conquiſitis commentariis aſſuere, non

ita

ita ſiet illud, ut alienum ipſum laborem, quaſi primum ſui proprii ingenii fœtum proponat, ac poſtmodum Autorem tanquam operis illius comprobatorem tantum adponat: Id n. lex juſtitiæ planè vetat.

Studium verò, & laborem meum hoc in opuſculo præſtitum quod attinet, univerſam hanc materiam juſta methodo tractavi, & certa in capita digeſſi, ſub quibus varias & utiles quæſtiones homogeneas, & huc pertinentes ſtudiosè propoſui, & accuratè pro ingenii mei tenuitate expedivi, ut eruditus & æquus Cenſor ex ipſa inſpectione, & lectione, facilè animadvertet.

Si quid autem meo in hoc libello incautè propoſitum, ac non ſatis limatè explicatum intelliget ingenioſus Lector, meis illud occupationibus aliis, iisq; plurimis adſcribere, non negligentiæ vitio imputare velit. Errores quoque typographicos, quos hunc meum in commentarium irrepſiſſe deprehendi, æquo animo ferat, proque ſua humanitate ipſemet corrigat, amanter, & officiosè rogo. Cum enim toto impreſſionis tempore abeſſem peregrè in negotiis Celſiſſimi, Clementiſſimiq; Principis mei, operarum laborē tùm

currentem inſpicere non potui. Tubingæ menſe Martio, Anno reparatæ per Chriſtum ſalutis ſupra milleſimum, ſexcenteſimum, decimo ſeptimo.

ELEN-

Digitized by Google

ELENCHUS QUÆSTIONUM, QUÆ HOC TRACTATU DE IURE COLLECTARUM propoſita, & partim plenè per rationes dubitandi, & decidendi, partim deciſivé ſolum expedita ſunt.

Quæſtio I.

AN jus collectandi ſit de regalibus, nec ne? cap. 1. num. 20.

2. An Principes Provinciarum jure ſuorum Regalium ſubditis collectas imponant? cap. 1. nu. 21. & cap. 4. nu. 4. & 5.

3. An quis vi juriſdictionis ſuæ collectas imperare poſſit? cap. 1. nu. 26. & ſeqq. & cap. 5. nu. 9. & ſeqq.

4. An Princeps, vel Comes Imperiales collectas ſua ex Camera præſtare teneatur, vel à ſubditis exigere eas poſſit? cap. 2. n. 10. & ſeq.

5. An Comes de comitatu ſuo inveſtitus Frey/geruhlich/ vnnd ohne Stewr / collectam nihilominus Imperialem præſtare cogatur? cap. 2. n. 13.

6. An collecta ſit provincialis, quam Principes aliiq; Status Imperii ex Imperiali indictione contra Turcam à Subditis exigunt? cap. 4 num. 2.

7. An collectæ à Baronibus impoſitæ Subditis, de Regalibus ſint, nec ne? cap. 4. num. 7.

8. An Princeps vaſallos ſuos ratione bonorum feudalium collectare poſſit, nec ne? cap. 4. num. 12. & ſeqq.

9. An Dominus Feudi Princeps ſubditis ſui Vaſalli collectas indicere poſſit? cap. 4. n. 22.

10. An qui ex privilegio liber eſt à provinciali collecta, immunitatem quoque habeat à collectis imperialibus, & contra? cap. 4. numer. 23.

11. An Magiſtratus civitatis Imperialis ſubditos ſuos collectare queat? cap. 4. num. 24. 33. & ſeqq.

12. Collecta municipalis an ſit de regalibus? cap. 5. num. 5. & ſeqq.

13. Collectandi jus an competat Nobili de Pago quodam cum Regalibus à Principe inveſtito? cap. 5. num. 7. & ſeq.

14. An Magiſtratus vigore juriſdictionis ſuæ collectam imponere ſubditis poſſit?

15. An etiam Pagus abſque licentia ſuperioris Collectam imponere poſſit? cap. 5. num. 15. & ſeq.

16. An quoque Parochianis imponi collecta poſſit, ſi in Municipio templum ſit reficiendum, vel inſtaurandum? cap. 5. num. 17.

17. An cives de univerſitate inviti collectari poſſint, ſi ipſa univerſitas communem habeat

in

Digitized by Google

in Burſa pecuniam, aut nomina habeat certa, publicæ neceſſitati vel utilitati ſufficientia? cap. 5. num. 18. & 19.

18. Quæ ordinaria, quæ item extraordinaria ſit collecta? cap. 6. num. 5. & ſeqq. numer. 13. & 19.

19. Quot ſint genera collectæ ordinariæ? cap. 6. num. 8. & ſeqq.

20. An collecta extraordinaria fieri poſſit ordinaria?. cap. 6. num. 12.

21. Collectæ Turcicæ an ſint ordinariæ, vel extraordinariæ? cap. 6. num. 13. 14. & ſeqq.

22. Quæ ſint exempla extra ordinariæ contributionis? cap. 6. num. 21. & ſeqq.

23. An Princeps pro elocanda, & dotanda filia ſubditos collectare poſſit? cap. 6. num. 24. & ſeqq.

24. An Princeps pro uxorando filio collectas ſubditis indicere poſſit? cap. 6. numer. 61. & ſeq.

25. An jus collectandi Subditos pro maritanda filia, de una tantum intelligi debeat Filia, an etiam de pluribus? cap. 6. num. 62.

26. An jus collectandi Subditos pro maritanda Principis Filia, extendatur ad viduas denuò elocandas? cap. 6. num. 63.

27. Jus imponendi Subditis collectas pro elocanda Filia, an pertineat quoque ad Filiam Spuriam? 6. num. 64.

Digitized by Google

28. An Principe mortuo, ejus Filius pro elocanda Sorore collectare Subditos poſſit? cap. 6. num. 65.

29. An mortuo Principe, Filia ipſius, in Principatu ſuccedens, pro ſe quoque maritanda collectare Subditos queat? cap. 6. num. 66.

30. An Nobilis pro elocanda Filia ſua collectas indicere Subditis poſſit? cap. 6. num. 67.

31. Quantam dotem pro elocanda Filia Princeps, Comes, aut Nobilis jure collectarum à Subditis exigere poſſit? cap. 6. num. 68.

32. Sitne ordinaria, vel extraordinaria collecta, quam Princeps pro elocanda Filia Subditis imponit. cap. 6. num. 66.

33. An collectari quis poſſit diverſis in domicilii locis? cap. 9. num. 3. & 4.

34. An civibus impoſita collecta, exigenda quoque ſit pro civium prædiis, quæ ipſi extra territorium collectantis poſſident? cap. 9. num. 56. & ſeq.

35. An collecta Subditis indicta, exigi quoque poſſit à Forenſe in collectantis territorio prædia poſſidente? cap. 9. num. 8. & ſeqq.

36. Poſſitne territorii Dominus poſſeſſionibus principaliter imponere collectam, ut etiam Forenſes de ſuis prædiis in collectantis territorio ſitis ſolvere eam cogantur? capit. 9. numer. 10.

37. Collectæ imperiales Turcicæ num levandæ

Digitized by Google

vandæ ſint tantum in loco domicilii pro omnibus bonis etiam prędiis alieno in territorio ſitis? cap. 9. num. 11. & ſeqq.

38. Mercatorum merces contributionibus an ſint obnoxiæ? cap. 10. num. 3. & ſeqq.

39. Eccleſiæ Emphyteuta an de prædiis Emphyteuticis pręſtare collectam teneatur? cap. 10. num. 14. & ſeqq.

40. An conductor ex conducto prædio collectam præſtare cogatur? cap. 10. numer. 18. & ſeqq.

41. Fructuarius an collectas indictas ex fructuario præſtare prædio cogatur? cap. 10. num. 7. 21. & ſeqq.

42. Si plures ſint ejuſdem territorii Poſſeſſores quis ex illis præſtare collectam teneatur? cap. 10. num. 37.

43. Indictam collectam an præſtet etiam poſſeſſor, qui ex ſecundo decreto prædium poſſidet? cap. 10. num. 38. & ſeq.

44. Ex cenſuario prędio an cenſuarius poſſeſſor prædii illius, vel dominus cenſus debiti indictas collectas præſtet? cap. 10. num. 40.

45. Collectam indictam ante prædii venditionem, utrum novus poſſeſſor emptor, vel poſſeſſor prior, venditor ſolvere cogatur? cap. 10. num. 41. & ſeqq.

46. Collecta per æs & libram indicta an per creditorem vel debitorem ſolvenda ſit de pecunia mutuò data? cap. 10. num. 55.

Per

Digitized by Google

47. Per æs & libram indictâ collectâ an etiam ex annuis reditibus eam præſtare teneatur, qui illos capit reditus, cap. 10. num. 57.

48. Conventio, ut debitor, qui mutuos accipit nummos, collectam, per æs & liberam indictam præſtet, an valeat? cap. 10. num. 58. & ſeqq.

49. An creditor, qui Fiſco ſolvit collectam pro pecunia, quam alii dedit mutuam, vi ſtipulationis illius, (de qua præcedente quæſtione dictum fuit) eam repetere à debitore queat? cap. 10. num. 62.

50. An mulier de receptitiis, & parapherlibus ſuis bonis collectam præſtet in loco originis, vel ubi maritus degit? cap. 10. num. 63.

51. An etiam de juribus, puta cenſibus ſive reditibus annuis, perpetuis, & redimibilib. collecta patrimonialis exigi poſſit? cap. 10. num. 64.

52. De penſionibus domorum, an patrimonialis præſtanda ſit collecta? cap. 10. num. 64. in fin.

53. Collecta an præſtetur etiam de perſonalibus actionibus, cap. 10. num. 65.

54. An collecta præſtetur etiam de prædiis ſterilibus? cap. 10. num. 66.

55. De pecunia ocioſa, catenis, annulis aureis, margaritis, lapidibus precioſis, cæteriſque ornamentis, & clenodiis virilibus & mulieribus an præſtanda ſit collecta? cap. 10. n. 67.

An

VIII

56. An Magnatum, & Nobilium arma, ſupellex item domeſtica, & vaſa argentea, veſtes, cæteraque ad uſum cottidianum ſpectantia contributionum oneri ſint obnoxia? capit. 10. numer. 68.

57. De nominibus incertis an exigi collecta poſſit? cap. 10. num. 69.

58. Divites qui fuerunt, ſed facultatibus ſuis lapſi ſunt, an collectam præſtent? cap. 11. numer. 1.

59. Adverſa valetudine laborantes, ſi ipſis facultatum ſuarum fructus ad alimenta vix ſufficiant, an onerentur collectarum præſtatione? cap. 11. num. 2.

60. Qui nihil bonorum poſſident, artificiũ tamen aliquod tenent, unde ſuam honeſtè vitam ſuſtentare poſſunt, an collectari queant? cap. 11. num. 3.

61. An pro pauperibus cæteri cives collectam, univerſitati alicui, puta Præfecturæ, vel civitati indictam, præſtare teneantur? cap. 11. num. 3.

62. A collectarum ſarcina an numerus duodecim liberorum excuſet? capit. 11. numer. 6 & ſeqq.

63. Collectam vivo 12. liberorum patre indictam an ipſo mortuo proles præſtare teneatur? cap. 11. num. 8. & ſeqq.

64. Forenſes num ſint immunes à collectis mixtis? cap. 11. num. 12.

Col-

Digitized by Google

65. Collecta ſubditis indicta, ſi unus aut alter à Subditis ante ſolutionis diem à civitate recedat, & forenſis fiat, an ille nihilominus ad ſolvendam collectam illam teneatur? cap. 11. numer. 13.

66. An Princeps, aut Magiſtratus alius ſtatuto cavere poſſit, ne ſubditi prædia ſua in forenſes alienent? cap. 11. num. 14. & ſeqq.

67. Eccleſiaſticum corpus, & perſonæ Eccleſiaſticæ à quibus collectis ſint immunes? cap. 11. num. 16.

68. An ſtatuto caveri poſſit, ne laici prædia ſua Eccleſiis vendant? cap. 11. num. 22.

69. Prædia Eccleſiaſtica à contributionibus libera, ſi ad laicum transferantur, an immunitatem à collectis amittant? cap. 11. num. 32. & ſeqq.

70. Nobiles ſintne immunes à collectis? ca. 11. num. 32. & ſeqq.

71. An prædia Nobilium à collectis libera, in alium, qui Nobilis non eſt, alienata, an deſinant eſſe immunia à collectis? cap. 11. num. 42.

72. Doctores & liberalium artium profeſſores à quibus muneribus publicis ſint immunes? cap. 11. num. 44. & ſeqq.

73. An liberi ſint à collectis patrimoniorum, quibus à Principe vacatio & immunitas per privilegium eſt conceſſa? cap. 11. numer. 48. & ſeqq.

74. Immunitas à collectis alicui per Princi-

pem

pem conceſſa an ipſi Principi, vel cæteris noceat Subditis? cap. 11. nu. 53. & ſeq.

73. An ſubditi privilegiati heredes à collectis etiam ſint immunes? cap. 11. num. 55. & ſeqq.

76. An ſucceſſores Principis immunitatem à collectis præſtantis eam revocare poſſint? cap. 11. num. 57.

77. Conſuetudine antiqua an tribui immunitas à collectis poſſit? cap. 11. num. 58. & ſeqq.

78. An præſcriptione immunitas à collectis adquiratur? cap. 11. num. 61. & 77. & ſeqq.

79. Quanto temporis ſpacio præſcriptionis jure adquiratur à collectis immunitas? cap. 11. num. 67. & ſeqq.

80. Titulus in præſcriptione immunitatis à contributionibus quomodo ſit probandus? cap. 11. num. 71. & ſeq.

81. Ad præſcribendam à collectis immunitatem an requiratur, ut prę́ſcribens ad ſolvendas collectas ſpecialiter ſit requiſitus, is verò eas ſolvere expreſſim recuſaverit? cap. 11. num. 73.

82. An requiratur in præſcribenda à collectis ordinariis immunitate ſcientia & patientia Domini adverſus quem præſcribitur hæc immunitas? cap. 11. num. 75. & ſeqq.

83. An etiam Status Imperii præſcriptione legitima adquirere poſſint immunitatem ab Imperialibus collectis? capit. 11. numer. 80. & ſeqq.

In-

Digitized by Google

84. In collectarum indictione, quis modus ſit ſervandus? cap. 12. per tot.

85. Quibus juris remediis tùm indicta collecta à refractariis Subditis exigi, tum ab ejus ſolutione liberare ſe quis poſſit? cap. ult. per tot.

TRA-

Digitized by Google

13.13.A.31

TRACTATUS
DE COLLECTIS ET TRIBUTIS.

Proœmium.

COLLECTARUM uſus hodie frequentiſſimus eſt, Petr. Heig. *quæſt. 17. nu. 17. part. 1.* & de illis haud rarò inter Dominos, eorumq; Subditos, atque etiam inter diverſarum terrarum Dominos di-

Digitized by Google

84. In collectarum indictione, quis modus ſit ſervandus? cap. 12. per tot.

85. Quibus juris remediis tùm indicta collecta à refractariis Subditis exigi, tum ab ejus ſolutione liberare ſe quis poſſit? cap. ult. per tot.

II.

TRA-

Digitized by Google

13.13.A.31.

TRACTATUS

DE COLLECTIS ET TRIBUTIS.

Procœmium.

COLLECTARUM uſus hodie frequentiſſimus eſt, Petr. Heig. *quæſt.17.nu. 17. part. 1.* & de illis haud rarò inter Dominos, eorumq; Subditos, atque etiam inter diverſarum terrarum Dominos di-

verſos lites oriuntur crebrę, Petr. Friderus Mindan. *lib.* 2. *de mand. judic. cap.* 44. *in princ.* Eſtque materia iſthæc perplexa admodum & Dd. opinionibus involuta variis, Fichard. *Conſil.* 134. *nu.* 4. *part.* 2. Proinde operæ precium me facturum putavi, ſi communem in uſum hoc quoque Iuris argumentum præclarum, tum meâ explanatione apertum dilucidumque reddidero, tum Quæſtionibus in Praxi frequentioribus exornavero. Iehova noſter conatui etiam huic ſucceſſum præbere felicem benignè dignetur.

CAP. I.

Digitized by Google

Caput. I.

Quid ſit Collecta.

Summaria.

1. *Definitio Collectæ.*
2. *Appellationes Collectarum variæ.*
3. *Collectæ non niſi ob publicam utilitatem, vel neceſſitatem exiguntur.*
4. *Principes aliique Magiſtratus Collectas non ad libitum ſuum, quavis ex cauſa exigere debent.*
5. *In luxum & pompam Collectæ exiguntur injuſtè.*
6. *Collectæ injuſtè exactæ diſcordiæ & ſeditioni periculoſæ occaſionem præſtant.*
7. *Principes, aliique Magiſtratus, Regale quibus competit jus, ſi neceſſitate premantur ſingulari, cui propriis occurrere viribus nequeunt, à Subditis exigere Collectas, ut Charitativum ſubſidium, jure poſſunt: Ut, ſi ære premantur alieno, aut Filia ſit elocanda, &c.*

8. *In caſu, quo Collectæ, ut charitativum exiguntur ſubſidium, literæ reverſales præſtandæ ſunt Subditis, quibus teſtetur Magiſtratus, quod ultrò, non ex debito ſolverint Collectas Subditi.*

9. *Principi, aliiq; Domino neceſſitatem Collectarum prætendenti an credendum ſit?*

10. *Collectæ, extra juſtam Collationis cauſam, odioſæ ſunt.*

11. *Contra Collectas interpretatio fieri debet.*

12. *Collectæ ſine juſta cauſa exactæ, præſumuntur vi extortæ.*

13. *Principes aliiq; terrarum Domini, antequam Subditos Collectis onerent, proprii marſupii vires explorare debent.*

14. *Principes aliique Domini Tyrannelli cenſentur, quando Subditos præter modum gravant Collectis.*

15. *Satius eſt imperare locupletibus, quam ex Subditorum, maximè pauperum Bonis fieri locupletem.*

16. *Prudens Dictum Alexandri Magni de his, qui plus æquo Subditos Collectis gravant.*

17. *Aula Principis parca & moderata Subditos Collectis levat; ſumptuoſa verò onerat.*

18. *Differentia inter Collectas & Tributa.*

19. *Tributum differt à Stipendio.*

20. *Jus collectandi an ſit de Regalibus, quæſtio controverſa.*

21. Col-

Digitized by Google

21. *Collectandi jus de Regalibus eſt etiam in aliis Principibus, quam Imperatore.*

22. *Principes in Principatibus ſuis, quò ad Subditos proprios, idem habere jus dicuntur, quod Imperator in univerſo Romano Imperio.*

23. *Collectæ ſunt ſymbolum, ac nota quædam Superioritatis, & Eminentiæ ſuperioris.*

24. *Non poteſt quisquam imponere Collectas, niſi Regalium jure gaudeat; etiamſi merum mixtumq; Imperium habeat.*

25. *Diſtributio Collectarum indictarum inter Subditos non eſt de Regalibus, ut ipſa indictio, & impoſitio earundem.*

26. *Non competit collectandi jus Magiſtratui, qui omnimodam ſolum jurisdictionem, merum mixtumque Imperium habet: Niſi urgente neceſſitate! quo caſu tamen non per modum præcepti; ſed ex unanimi Communitatis Decreto, ac Conventione collectare poteſt Magiſtratus Subditos ſuos.*

27. *Ex eo, quod quis jurisdictionem in quodam habet loco, ubi aliquis Imperii Status non vindicat ſibi Regalia, haud rectè præſumitur, collectandi jus eidem Magiſtratui competere, qui ibidem ſolus jurisdictionem exercet.*

COLLECTA eſt Contributio publica, pro Reipub. commodo vel neceſſitate à Magiſtratu indicta, Germanicè Stewr; 1.

 Schatzung;

2. Schatzung; Hilffgelt; Anlag; Beeth. Contributio quod eſt Juris Autoribus *in l. Sine herede 32. §. Lucius 6. ibi Contributionum , ff. de adminiſtrat. & pericul. tutor.* id Collectam hodie ex conſuetudine appellamus, Heig. *Quaſt. 17. numer. 29. part. 1.*

Alio nomine vocatur quoq; à Juris Conditoribus Collatio, *l. ſi pendentes 27. §. 3. ibi, Si quid ad Collationem via, ff. de uſufruct. & tit. 56. Quæ ſint Regalia, ibi, Collatio extra-ordinaria, lib. 2. Feudor.*

Appellatur item Indictio. *tot. tit. Cod. de Indictionib. lib. 10.* itemque Tributum, *l. ult. §. Divus, 7, ff. de Cenſib. & tit. Cod. de annonis & Tribut. lib. 10.* Andr. Knich. *de Saxon. non provocandi jure cap. 5. in verb.* Stewr / Folge / *num. 315.* Alicubi etiam Steura vocatur Berna, unde dicitur, einen Behrn anlegen / Andr. Knichen. *dict. cap. 5. num. 335. & ſeqq.*

3. Collecta ſive Contributio à Subditis exigi non debet, niſi publica utilitas, vel neceſſitas id exigat, Lucas de Penna *in l. ult. n. 31. verſ. Mihi videtur, C. de quibus muneribus, vel præſtat. lib. 10,* Paul. Paris. *conſil. 25. num. 71. vol. 1.* Ægid. Thomat. *de Collectis, §. Ne ſcienter, num. 3. pag. 392.* Schneideuu. *Tract. de Feud. part. 5. num. 119.* Rutger. Rulandt. *de commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 6. num. 17. & 76.* Matth. de Afflict. *in dict. tit. 56. Quæ ſint Regalia, in verb. extra-ordinaria.*

Digitized by Google

dinaria, num. 1. & 2. lib. 2. Feud. & ibid. Andr. de Iſern. *num. 59.* Uueſenbec. *Conſil. 45. num. 16.* Petr. Heig. *Quæſt. 18. nu. 2. & 3. part. 1.*

Non ergo ad libitum ſuum, & placitum 4. Principes, aliique Magiſtratus quavis ex cauſa Collectas, exigere debent. Si qui in aleam, ſi 5. in luxum, ſi in delicias ſuperfluas & pompam haud neceſſariam vertere eas intendant, injuſtè exigunt illas, Ferrar. Montan. *Tract. de Feud. lib. 6. cap. 5. verſ. Quisquis igitur.* Andr. de Iſern. *ad tit. 56. Quæ ſint Regalia, nu. 59 & ibidem* Matth. de Afflict. *in verb. Extra ordinaria, num. 1. & 2. lib. 2. Feud.* Reg. Sixtin. *Tract. de Regalib. lib. 2. cap. 14. num. 46.* Hinc nonnulli hodie non rarò injuſtè Collectas exigi exiſtimant, Molinæ. *Diſputat. 667. num. 4. & 5.* Unde ipſa- 6. rum exactio diſcordiæ, ac ſeditioni periculoſæ occaſionem ſæpè præſtant, Heresbach. *de educandis & erud. Princip. liber. lib. 2. cap. 5. in prin.* Sic Uratislaviæ Plebem Conſules recens â ſe electos ob indictam Collectationem trucidaſſe refert Crantz. *lib. 10 Vand. cap. 28.*

Quod ſi tamen ipſimet etiam ſingulari 7. premantur neceſſitate Principes, aliiq; Domini, quibus Regale competit jus, ita ut propriis virib⁹ neceſſitati huic occurrere nequeant, liberum ipſis eſt, à Subditis Collectas, ut Charitativũ duntaxat ſubſidium, exigere; puta, ſi ære premantur alieno, aut elocãda ſit Filia &c. *arg.*

l.1.ff.de alend. lib. cum ſimilib. & ſcribit Schneideuu. *Tract. Feud. part.5. nu.119. & 121.* Ferrar. Montan. *Tract. de Feud. dict. cap.5. verſ. Ratio autem judicandi.* Burſat. *conſil. 16. nu. 14. ibi, pro adventu Principis, illiusque neceſſitate, lib. 1.* Mynſing. *Reſp. 1. num. 104. decad. 11.* Henric. à Roſenthal. *Tract. Feudal. cap.5. Conclus. 79. n.1. & 1.* Decian. *Reſpon. 41. num. 60. vol. 2.* Fridericus Mindan. *de Mandat. judic. lib. 2. cap. 44. num. 4.* Andr. Knichen, *de Saxon. non provocand. jur. cap. 5. in verb.* Stewr / *num. 325. & ſeqq.* Adam Keller. *lib. 2. de Offic. juridic. polit. cap. 8. verſ. ſed nec invidendum.*

Quin etiam ſumma urgente neceſſitate, quę moram patitur nullam, expectanda non eſt ipſa Collectatio; ſed poſſunt divites ac opulẽti in Civitatibus, Oppidis, & Villis compelli ad mutuãdas Principi ſuo pecunias, ut ita facilius ipſe Princeps hoſtium graſſantium vim & impetum reprimat, & ſaluti Reip. conſulat. Vaſq. poſt alios *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 6. n. 21. & 23. & lib. 1. Controverſ. illuſtr. cap. 6. n. 7. & 8.*

Si tamen poſtea idoneos habeat Princeps Reditus ſua ex ditione, reddere mutuam tenetur pecuniam integram cum moderatis uſuris. Si non habeat Reditus idoneos, ex univerſorum Subditorum Collatione reddere eam pecuniam jubetur cum uſuris moderatis, detracta ea portione, quam in Collectatio-

ctatione ipſe mutuans debet, Ferdinand. Vaſq. *dict. cap. 6. n. 8.* & quò ad intereſſe moderatum, idem Vaſq. *dict. §.6.nu.21.* In coacto enim mutuo moderatæ uſuræ licitè recipiuntur. Andr. Gay. *lib. 2, obſervat. pract. obſer. 5. nu. 17.* Maſcard. *Concluſ. 933. nu. 41.* Surd. *Deciſ. 345. nu. 16.* Heig. *lib. 2. quæſt. 1. nu. 140.*

Ut autem hic in charitativis ſubſidiis 8.
occurratur abuſui, & hujuſmodi Collectarum impoſitio tanto minus præjudicet, ac noceat Subditis, ſcriptura confici, & per eam caveri debet, quod non ex debito, ſed gratis hæ Collectæ ſolvantur, *per text. in C. Pontifices, ubi Gl. in verb. Et cum cautela 7, quæſt. 1.* Cujuſmodi cautela hodie rara non eſt, & ſcriptura iſthæc reverſales dicuntur literæ.

Quoniam verò ex neceſſitate per Colle 9.
ctas ſuccurrendum eſt Principi, aliique Domino, in quæſtionem vocatur, an credendum ſit Principi, neceſſitatem prætendenti? Et hæſitandum de ea non eſt, ſi quoque Proceres, & Conſiliarii idem teſtentur, Cravet. *Conſil. 702. nu. 4.* Andr. Knichen. *de Saxon. non provocand. jur. in verb.* Stewr Folge / *nu. 330.*

Eſt & illud hic notandum, quod ſi non 10.
adpareat juſta collectandi cauſa, ipſæ Collectę omnino odioſæ cenſentur, *arg. l. 1. C. Vectigalia nova inſtitui non poſſe & l. cum ſatis, 23. §. Caveant. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Ferrar. Mon-

tan. *de Feudis, cap. 5. verſ. Sed de minori*, Joann.
11. Köppen. *Quæſt. 32. num. 2.* Unde Interpretatio contra eas fieri debet, Abbas *Conſil. 20. nu. 3. part. 2.* Cravet. *conſil. 111. num. 26.* Adſeſſor Cameralis *in voto ſuo, quod eſt apud* Tileman. de Benignis *Syntagmat. 2. decad. 3. vol. 1. nu. 124.*

12. Et quando ſine juſta cauſa à Subditis exactæ ſunt Collectæ, vi extortæ præſumuntur, Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. n. 14.* Maſcard. *de Probat. Concluſ. 316. nu. ult.* Sixtin. *Tract. de Regalib. lib. 2. cap. 14. nu. 58.* Et ob id collectãtes Domini Tartareis pœnis perpetuò crucientur, ait Rebuff. *in l. Eum qui ff. de verb. ſig.*

13. Ante omnia itaque Principes, aliique terrarum Domini, de ſuo ſe præmunire marſupio, & ſua Tributa, ac Reditus alios expendere debent, antequam Subditos Collectarum Indictione onerent, Socin. jun. *conſ. 98. nu. 10. & ſeqq. libr. 3.* Menoch. *conſil. 75. Hac jam diu, n. 86. & ſeq. l. 2.* Rebuff. *in l. 1. C. de exact. Trib. lib. 10.* Roland. à Valle *conſil. 1. num. 67. vol. 2.* Burſtat. *conſil. 16. n. 76. lib. 1.* Nicola. Boer. *Decis. 126. nu. 6.* Natta. *conſil. 185. nu. 11.* Uueſenb. *Conſil. 45. nu. 16. part. 1.* Mynſing. *Cent. 5. obſervat. 21.* Schneideuu. *de Feud. part. 5. num. 120.* Hein. à Roſenthal. *Tract. Feud. cap. 5. Concluſ. 97. nu. 1.* Johann. Köppen *quæſt. 32. n. 2.* & dixi *infra. cap. 6. nu. 54.* Confert, quod Epiſcopus Charitativum ſubſidium exigere non poteſt, niſi in defectum ſuorum Redituum, Menoch. *de ar-*

de arbitr. judic. caſu 178. numer. 13. & 14.

Qnod niſi fecerint, ſed pellem Subdi- 14.
torum excorient, ac precarium ipſis ſpiritum relinquant, Tyrannelli cenſentur, Uueſenbec. *dict. conſil. 45. num. 17. &* Joan. Koppen, *dict. Quæſt. 32. nu. 2.* Adam Keller *de Offic. juridic. polit. lib. 2. cap. 8. pag. 330. vers. At talia rarò conſiderantur.* & ex voluntate illa effrenata non oritur obligatio naturalis, Bald. *in l. ex hoc jure, 5. nu. 27. verſ. Decimò quæritur, ff. de juſtitia & jur.*

Satius eſt imperare locupletibus, quam 15.
ex Subditorum, maximè pauperum Bonis fieri locupletem: cum ſingulorum facultates, ac copiæ Civitatis ſint divitiæ, ac Reipub. nervi, Wann aber die Underthonen verderben / kan der Herꝛ von jhnen nichts erwerben / Adamus Keller, *de Offic. juridic. polit. lib. 2. dict. cap. 8. pag. 326. verſ. Inſtar planè corporis &c.* Expendendum 16.
hîc Reſponſum Alexandri Magni, cum quidam admoneret, longè plus vectigalium auferri poſſe; Et olitorem, inquit, odi, qui radicitus olera excindit, Maxim. Tyrius *13. ſerm. Philos.* quem, & alios refert Petr. Gregor. Tholos. *de Repub. lib. 3. cap. 9. Sect. 15.*

Utile admodum eſt Principi Subditos habere divites, & opulentos. *Novel. 8. in prin. §. 1. verſ. conſideravimus, ubi* Gloſſ. & Aug. ſentit idem *Gloſſ. in §. ſed & Major. in verb.*

malè

malè utatur, *Inſt. de his, qui ſui, vel alien. jur. ſunt.* Confert *l. 1. ff. de Bonis dānat.* & ſcribit Menoch. *conſil. 28 nu. 23 lib. 1.* tum etiam Modeſtin. Piſtoris. *conſil. 24. nu. 2.*

17 Principes Oeconomiam aulicam & adminiſtrationem ſi ita inſtituerent, ut ſemper ſupereſſet, non deeſſet aliquid in neceſſitatis improviſæ uſum, & impenſas non ſinerent facultatum ſuperare vires, raro occaſio eſſet Collectis Provincialibus onerandi Subditos, Heresbach. *de erudiend. Principum liberis, lib. 2. cap. 5. circa finem.*

18. Etſi verò Collecta & Tributum Synonyma ſint, ut dixi: attamen diſtinguunt Dd. inter Tributum & Collectam. Tributum vocant, quod ordinariè annuatim in certa quantitate præſtatur; Collectam verò appellant, quod interdum ex arbitrio Superioris neceſſitate & caſu exigente præſtare Subditi jubentur. Eaq; aliquando major, aliquando minor imponitur. Bertachin. *in Repertorio, in verb.* Collecta *in prin.* Andr. Gayl. *lib. 2. obſervat. practicar. obſervat. 52. nu. 10.* Uueſenb. *conſil. 27. nu. 24. part. 1.* Decian. alios ſequutus *Reſp. 55. num. 4. vol. 1.* Petr. Heig. *quæſt. 18. nu 2 part. 1.* Georg. à Breitenbach *conſil. 15. nu. 7. ſub Tom. 5. conſilior. Germaniæ &c.* De Tributi appellatione diſſerit eleganter Monter. *Deciſ. Arrogon. 13. n. 46. & ſeqq.* & Gigas *Tract. de crim. læſæ Majeſt. pag. 95. & ſeqq.*

Differt

Digitized by Google

Differt quoq; Tributum à Stipendio. Tributum eſt penſitatio, quæ fit Imperatori ex agris Provinciarum, quæ ipſi aſſignatæ erant: Stipendium vero eſt penſitatio, quæ fit Senatui Populoque Romano ex agris Provinciarum, quæ ipſi erant aſſignatę in Provinciarum diſtributione ab Auguſto Imper. olim facta, Theophil. *in §. per traditionem, Inſtit. de rer. divis.* & Conſtantin. Harmenop. *lib. 1. Epitomarum juris.* & Joan. Gœddæ. *in l. Ager. 27. nu. 15. ff. de verb. ſig.* 19.

Non eſt hoc loco omittenda frequens illa quæſtio; An collectandi jus de Regalibus ſit, nec ne? Aliqui negant, inter quos etiam Jaſon. *in l. de Legibus*; Plerique verò affirmant, & rectè quidem *per text. in tit. 56. Quæ ſint Regalia ibi, Extraordinaria Collatio ad feliciſſimam Regalis numinis expeditionem, lib. 2. Feud. l. un. C. de ſuperindicto, lib. 10. & l. Placet 8. C. de excuſat. muner. lib. eod.* Atque hanc ajentem opinionem præter alios probant quoque Menoch. *conſil. 32. nu. 97. & 98. decad. 11.* Schneid. *de Feudis. part. 2. nu. 109. & part. 5. num. 119.* Weſenb. *conſil. 27. n. 20. & 24.* tum etiam *conſil. 45. nu. 8. & 20.* Modeſtin. Piſtoris. *conſil. 4. num. 1. lib. 1.* Joan. Borcholt. *in explicatione dict. tit. 56. Quæ ſint Regalia, n. 53.* Herman. Vulte. *de Feud. lib. 1. cap. 5. nu. 7.* Andr. Knichen. *de Saxon. non provocand. jure, cap. 5. in verb.* Steuer / *numer. 280.* 20.

Joan.

Joan. Köppen *Quæſt.32. num. 4. & 8.* Eſtque ſententia hæc in Camera Imperiali votando & decidẽdo comprobata, ut apparet ex Meichſner. *Decis. Cameral. Tom. 2. lib.1. Decis. 6. nu. 129. §. Quamvis enim, & nu. 40.* Item, *Tom. 3. Decis. 1. nu. 13.* Gilman. *rer. judicat. Cam. Imp. lib. 2. Decis. 14. nu. 27, & in Symphoremat. Supplicat. Tom. 1. part. 2. Tit. 6. vot. 1. n. 33. & vot. 4. n. 20. 35. & 42. tum etiam voto 6. nu. 11. & 142.* Tileman. de Benign. *Syntag. 2. decad. 1. vot. 5. num. 33. & vot. 6. nu. 4. & ſeqq.*

21. Non ſolum autem collectandi jus de Regalibus eſt in Imperatore, ſed & in aliis Principibus, Imperii Statibus, quibus hoc Regale jus vel ex Privilegio, vel ex Conſuetudine, vel ex Præſcriptione competit, *per text. in C. ſuper quibuſdam, §. Præterea, ext. de verbor. ſig.* Et ſentiunt ita Dd. quos refert & ſequitur Reg. Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 14. nu. 32.* Confert

22. huc, quod Principes ſuis in Principatibus, quod ad Subditos ſuos idem jus habere dicuntur; quod Imperator in univerſo Orbe Romano, ut præter alios ſentit quoque Joan. Dauth. *de Teſtamentis, tit. de Cauſa Efficiente, n. 37.* Schrad. *de Feud. part. 2. nonæ partis prin. Sect. 10. num. 36. & ſeqq.* Modeſtin. Piſtoris. *conſil. 24. n. 1. vol. 1.* Andr. Gayl. *lib. 1. de Pace publ. cap. 6. nu. 10.*

23. Sunt ergo Collectæ ſymbolum ac nota quædam Superioritatis, & Eminentiæ Superioris,

Digitized by Google

rioris, *l. Nulli, 28. §. Quod ſi in vico; C. de Epiſcop. & Cler. c. 2. extr. de cenſib.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 9. cap. 1. num. 11. verſ. Non negatur,* Andr. Knichen. *de Territorii jure, cap. 3. nu. 108. & ſeq.* Sylvan. *conſil. 9. nu. 15.* Mandell. *conſil. 62. num. 3.* Pruckman. *conſil. 27. num. 35. vol. 1.* Reg. Syxtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 14. nu. 21.*

Nec poteſt quisquam Collectas imponere, niſi Regalium jure gaudeat, etiamſi merum, mixtumque Imperium, ac omnimodam Jurisdictionem habeat, Julius Clarus, *in §. Feudum, Quæſt. 29. n. 1.* Pariſ. *conſil. 25. nu. 2. vol. 1.* Mynſing. *dict. Reſpons. 1. nu. 97. & ſeq. decad. 11.* Schneid. *de Feudis dict. part. 5. nu. 119.* Joan. Borcholt. *in dict. tit. 56. Quæ ſint Regalia. n. 53.* Sixtin. *d. Regalib. lib. 2. cap. 14 nu. 17.* Joan. Koppen. *Quæſt. 32. n. 4. & 8.* Quod ergo Erneſt. Gothman. *Reſp. 11. n. 43. lib. 1.* ſcribit, Juriſdictionem eſſe fundamentum Collectarum, verum intelligi poteſt de Collectis, quæ communi Decreto Communitatis ob neceſſitatem Univerſitatis imponuntur, non etiam de Collectis, quæ per modum præcepti & Indictionis decernuntur, ut docui *infra cap. 5 n. 9.* Baldus quidem *in l. Etiam, nu. 13. C. de execut. rei jud.* & Fichard. *conſil 20. num. 8. & 9. part. 2.* collectandi jus mero adſcribunt Imperio; der Freißlichen Obrigkeit; ſed opinio ipſorũ *in cauſa C. contra D. An. 1563. die 10. Martij.* rejecta fuit in came- 24.

miera, ut teſtatur Caſpar Klocke *in Diſputat. de Contributionib. Concluſ. 6. in fundament. ſub liter. b.*

26. Non ergo competit collectandi jus Magiſtratui, qui omnimodam ſolum Jurisdictionem, merum, mixtumque habet Imperium: niſi urgente neceſſitate non per modum præcepti, ſed ex unanimi Communitatis Decreto, ac Conventione cum ea habita, vel conſuetudinis vi exigere Collectas velit, Jacobin. de S. Georg. *de Homag. nu. 33. & 35.* Bald. *in lib. His quibus 7. in prin. verſ. Quapropter Nobiles, C. de Fidei-commiſſ. tr. libertat.* Alber. de Roſate *ad Rubr. ff. de muneribus, & honorib. nu. 57. verſ. Aut quæritur de Collecta,* Molinæ. *in conſuetud. Paris. tit. 1. §. 5. nu. 55. & ſeq.* Schneid. *de Feud. part. 5. nu. 119. verſ. Si tamen Comites,* Joan. Koppen. *quæſt. 32. nu. 8. verſ. licet verum ſit,* Uueſenbec. *conſil. 45. nu. 21. verſ. Nam quando;* Regner. Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 14. n. 22. & nu. 26. 27. 28. & 37.* Hac de re dixi quoque *infra cap. 5.*

27. Si quis tamen alius quiſpiam in quodam Territorio non poſſideat Regalia, tum ibi Juriſdictionem qui habet, ſolus collectandi jus implicitè eo loci poſſidere præſumitur, ut ſentit Caſpar Klocke / *dict. Diſputat. de Contributionib. concluſ. 6. in fundament. ſub finem.* Atqui aſſenſum præbere opinioni huic non auſim: tum quia licet non vicinus aliquis Imperii Status

Status eo loci vindicet ſibi Regalia, attamen Princeps ſummus, Imperator ſcilicet, ea ſibi meritò ibidem aſſerit: tum etiam quia argumẽtum, quo utitur ipſe Klocke *ex l. 3. ff. de adquir. vel amitt. poſſ.* & Zaſ. autoritas *conſil. 10. nu. 7. part. 1. & conſil. 16. nu. 2. part. 2.* nihil hic ſtringunt, rectè conſiderata: tum poſtremo, quia jurisdictio cum Regalib. nihil commune habet, ut Dd. rectè ſentiunt, quorum memini *hoc eòdem cap. 1. num. 24.*

Etſi verò ipſa Collectarum impoſitio de Regalibus ſit: earum tamen inter Subditos diſtributio non eſt ejuſmodi; ſed tantum Indictionis executio, quam meo judicio malè Jurisdictionis eſſe negat poſt Cravet. Menoch. *conſil, 28. nu. 33. lib. 1.* 25.

Caput II.

De Collectis Imperialibus.

Summaria.

1. *Distributio Collectarum in Collectas Imperiales, Circulares, Provinciales, Præfecturales, & Municipales.*

2. Collectæ Imperiales quæ ſint.
3. Collecta Turcica eſt Imperialis Collecta. Türcken-hilff/Türcken-ſtewer/Rom-zug/Römer-zug.
4. Extraordinaria Collecta ad feliciſſimam expeditionem Numinis Cæſarei exhibendam eſt Imperialis Collecta.
5. Collecta, quæ ad conſervandum Imperii Regimen indicitur, eſt Imperialis Collecta.
6. Collecta, quæ in uſum Cameræ Imperialis indicitur, eſt Imperialis Collecta.
7. Collecta Imperialis ab ipſo Imperatore imponitur.
8. Imperator hodie non niſi conſentientibus Imperii Statibus univerſalem Collectam indicere poteſt.
9. Status Imperii in tres diſtinguuntur claſſes: Prima eſt Electorum; Altera Principum aliorum; Tertia liberarum Imperii Civitatum.
10. Imperiales Collectas Status Imperii ex ſua Camera & publicis Proventibus præſtare tenentur.
11. Quando Statuum Imperialium Camera non ſufficit erogandis Collectis Imperialibus, liberum ipſis eſt collectare Subditos ſuos.
12. Status Imperii nō poſſunt ultra Summam, quam Imperio dependere tenentur, collectare Subditos ſuos.
13. Comes Collectam Imperii ſolvere tenetur, licet de ſuo

de ſuo Comitatu inveſtitus ſit, für Frey/Geruhlich/vnd ohne Stewr.

COLLECTÆ variis diſtinguuntur modis. Primò aliæ ſunt Imperiales, aliæ Circulares, aliæ Provinciales: quibus ſpeciebus generaliter addi poſſunt Præfecturales, & Municipales Collectæ. 1.

Imperialis Collecta eſt, quæ ad utilitatem totius Imperii, univerſis, qui ei ſubſunt, indicitur: ut volunt, quos citat Modeſtin. Piſtoris. *conſil. 4. num. 1. lib. 1.* Germanicè Reichs-Stewr/Reichs-Anlag/Reichs-Hilff/Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv. practic. 53.* Modeſtin. Piſtoris *dict. conſil. 4. n. 1. lib. 1.* Hujuſmodi Collecta eſt, Turcica Collecta Türcken-Stewr/Türcken-Hilff/Rom-zug/oder Römer-zug/ut in variis Imperii Receſſibus. Jura noſtra Feudalia, & Juſtinianea appellant extraordinariam Collationem ad feliciſſimam expeditionem numinis Cæſarei exhibendam *Tit. 56. Quæ ſint Regalia, lib. 2. Feudor. & l. 2. C. de quibus munerib. vel præſtationib. nemini liceat ſe excuſare, lib. 10.* 2. 3. 4.

Hujus generis eſt etiam Collecta, quæ ad conſervandum Imperii Regimen zu Erhaltung deß Reichs-Regiments indicitur, Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de An. 1500.* von Ordnung deß Regiments. *Tit.* võ Soldnern/die auffgeſetzt 5.

vnnd gehalten werden ſollen/ auch was ein jeg-
6. lich Menſch geben ſoll. Item quæ in uſum Cameræ Imperialis zu Vnderhaltung deß Cammer-Gerichts imponitur, uti arguit Ordinat. Cameræ *part. 1. Tit. 40.* & teſtantur præjudicia Cameralia, *ſub verbis: Collectarum exactio.*

7. Hanc Collectam Imperator Romanus imponit, *l. un. ubi* Dd. *C. de Superindicto, lib. 10.* Thomas Michaelis. *Diſputat. de juriſdict. Thes.* 11. Matth. Stephani *lib. 2. de juriſdict. cap. 1. nu. 98. & ſeq.* Proindeque Regalibus connumeratur, *in dict. Tit. 56. Quæ ſint Regalia, lib. 2. Feudor.*

8. Cæterum hodie Imperator non niſi conſentientibus Imperii Statibus Collectam hanc univerſalem imponere poteſt: ſicuti teſtatur Capitulatio juramenti Cæſarei, quod Imperator recens creatus Electoribus pręſtare ſolet, de quo Schleidan. *lib. 1. de Statu Religionis & Reipubl. pag. 21.* & Melchior Goldaſt. *de Statutis & Reſcriptis Imperialib. cap. 1.* & Albin. *ad Acta Pacificationis Colonienſis, Anno 79. 4. Maij inſtitutæ.* Hinc clauſula in Imperii Receſſibus frequens & uſitata, darüber wir vns mit jhnen/ vnnd ſie hinwider mit vns verglichen.

Quoties ergo Imperator Romanus Univerſalem Collectam indicere vult, Comitiorum habendorum cauſa Status & Ordines Imperii convocare tenetur.

9. Status autem & Ordines illi, qui Senatum

tum Imperii den gemeinen Reichs-Raht conſtituunt, in tres claſſes diſtribuuntur: Prima eſt Electorum; Altera Principũ aliorum; Tertia liberarum Imperii Civitatum; de quibus eleganter ſcribit Tobias Paurmaiſterus *de juriſdict. lib. 2. cap. 2. nu. 15. & ſeqq.*

Etſi verò Imperiales Collectæ omnibus Imperii Civibus oneri ſint: ipſi tamen Ordines ſua ex Camera & publicis proventibus, aus ihrem Cammer-Guth eas præſtare jubentur, Reichs-Abſchid *de Anno 1542.* §. vnnd nach dem der Chur-Fürſten/ & §. vnd nämblich ſollen alle/ *facit l. ult. C. de privileg. Domus Auguſtæ, lib. 11.* Bald. *in l. Neminem. C. de SS. Eccleſ.* Modeſtin. Piſtoris. *dict. conſil. 4. num. 2. lib. 1.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mandat. judic. cap. 44. num. 4. & 5.* Cum enim annuas Indictiones ordinarias, atque Reditus loco Stipendii habeant, primum erogare eos tenentur, etiamſi Bellum pro Republ. moturi ſint, Cyn. & Alberic. *in d. l. Neminem C. d. T.* Et Princeps ac Magiſtratus quiſque alius Reditus ſuos publicos communibus deputare prius debet neceſſitatibus, quam Subditos gravare ſuos, *d. l. ult. C. de Privilegiis Domus Auguſtæ, lib. 11.* 10.

Quod ſi verò ipſorum Ordinum Camera non ſufficiat erogandis hiſce Collectis, poſſunt ipſi hoc nomine ſuos collectare Subditos, Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1530.* §. 11.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

vnnd dieweil die eilende Hilff / & Reichs-Abſchid zu Speyer *de Anno* 1548. §. darmit aber gemeine Stånd / *verſ.* zu deme das ein jede ordenliche Obrigkeit ꝛc. Reichs-Abſchid *de Anno* 1582. §. vnnd nach deme, *ibi*, das den Stånden ſolche beharliche Hilff aus jhren eignen Cammer-Güttern / vnd einkommen allein zu laiſten ohnerſchwinglich fallen wil & Reichs-Abſchid *de Anno* 1566. §. dieweil / *ibi*, daß den Stånden / die hiebevor mercklich vñ kundtlich beſchwehret / ohnerſchwinglich dieſe Hilff aus jhrer Cam̃er-Güttern vnd Gefållen darzu ſtrecken ꝛc. Regin. Sixtin. *Tractat. de Regal. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 129. & *ſeqq.* Petr. Frider. Mindan. *dict. lib.* 2. *de Mandatis jud. cap.* 44. *nu.* 5.

12. Ultra Summam tamen, quam dependere tenentur Imperio, à Subditis exigere nequeunt, ut dictis Receſſibus Imperii oſtendunt, Thomas Michael *de juriſdict. Theſ.* XI. & Sixtin. *Tract. de Regalib. cap.* 14. *n.* 32. Matth. Stephan. *lib.* 2. *de juriſdict. part.* 1. *cap.* 1. *membr.* 1. *nu.* 100. & Joan. Cantman. *Diſputat. Iuridico politica*, XII. *de Collectis, Theſ.* 37.

13. Eſt & illud hîc notandum, quod, licet Comes aliquis de Comitatu ſuo inveſtitus ſit Frey / Gerühlich / vnd ohne Stewr / nihilominus hanc Collectam Imperialem præſtare teneatur, ut reſpondit Modeſtin. Piſtoris *dict. conſil.* 4. *in prin. nu.* 5. & *ſeqq. vol.* 1. quem ſequitur Mat.

Digitized by Google

tur Matth. Stephan. *lib. 2. de jurisdict. part. 1. cap. 1. membr. 1. nu. 101. & ſeqq.* Quò pertinet etiam *l. Omnes 5. C. de Annonis & Trib. lib. 10.*

Caput. III.

De Collectis Circularibus.

Summaria.

1. *Irculares Collectæ quæ ſint.*
2. *Romanum Imperium diſtribuitur in Circulos decem.*
3. *Singulorum Circulorum certi ſunt Præfecti, quibus edicendi Conventus poteſtas data eſt,* Kreiß-Obriſten / welche macht haben einen Kraiß-Tag außzuſchreiben.
4. *Conventus Circulares vel generales ſunt, vel particulares.*
5. *Negotia Conventuum Circularium quæ ſint.*
6. *Circulares Collectæ à quibus imponantur.*

1. CIrculares Collectæ (die Kreiß-Stewr) ſunt, quæ Imperii Circulis imponuntur, utilitatem Orbis Romani concernentes; Reichs-Abſchid zu Augſpurg. *de Anno 1555.* §. Alß dann ferrer / *&* §. §. *ſeqq. & de Anno 1582.* §. Neben / vnnd vber / *tum etiam de Anno 1594.* §. Auff dem fall nuhn / *&* §. §. *ſeqq.*

2. Imperium Romanum in Circulos eſt diſtributum. Primitus autem ſex tantum erant Circuli: Francicus; Bavaricus; Suevicus; Rhenanus; Uueſtphalicus; Saxonicus; Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1550. Tit.* wie zwentzig Perſonen in das Regiment genommen ſeyn / §. *ult.* Reichs-Abſchid zu Wormbs *de Anno 1521.* §. von Ordnung deß Regiments die andern sechs Perſonen / *& ſeqq.*

Poſtea additi quatuor alii Circuli: Auſtriacus; Burgundicus; Electorius Rhenanus; & Superior Saxonicus; atque ita decem conſtituti ſunt Circuli, Reichs-Abſchid zu Cölln *de Anno 1512.* Reichs-Abſchid zu Nürnberg *de Anno. 1522.*

3. Singulorum autem Circulorum certi ſunt Præfecti Kreiß-Obriſten / quibus edicendi Conventus poteſtas data eſt, welche macht haben einen Kreiß-Tag außzuſchreiben / ut *ex allegatis Imperii Receſſibus, & Receſſu Imperii Auguſtano de Anno 555. aliisq;* intelligitur.

4. Conventus illi generales ſunt, vel particulares

ticulares. Generales ſunt, quando univerſi Ordines Circuli conveniunt. Particulares ſunt, cum certi tantum Ordines Circuli conveniunt: ut quando ſolum Duces & adjuncti, item alii quidã Ordines ad certa negocia deputati conveniunt, Reichs-Abſchid zu Nürnberg *de Anno* 1522. Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno* 1555.

Negocia verò Conventuum circularium ſunt deliberatio Pacis publicæ, Sententiarum, Mandatorum & Conſtitutionum Imperalium executio, Petr. Denais. *in compendio juris Cameralis Tit.* 282. 5.

Quod ſi horum negotiorum expediendorum causâ à Principibus & adjunctis circularibus Collectæ imponantur, dicuntur illæ circulares Collectæ, ut patet *ex Imperii Receſsibus Auguſtanis de Anno* 1555. §. Ferner als / *& Anno* 1582. §. Neben / vnd vber / *item Ratisbonenſi Receſſu de Anno* 1594. §. auff dem fall nuhn / *&* §. §. *ſeqq.* 6.

Caput I V.

De Collectis Provincialibus.

Summaria.

1. Collectæ Provinciales quæ ſint.
2. Collecta Turcica, quam Status Imperii à ſuis exigunt Subditis, non eſt Provincialis Collecta.
3. Collecta Provincialis cur exigatur.
4. Provincialis Collecta eſt de Regalibus.
5. Provincialis Collecta à quibus imponatur.
6. Principes Imperii ſuſtinere ſuis in Provinciis vicem Imperatoris, generaliter & abſolutè dici non poteſt.
7. Barones regalem dignitatem obtinent.
8. Provinciales Collectas Subditis ſuis imponunt Imperii Ordines adhibito Subditorum conſenſu, vel eorum, qui Subditos repræſentant: ut ſunt die Land-Stände.
9. Paritate votorum exiſtente Superioris arbitrio res definienda eſt.
10. Indictio Collectarum ritè facta obligat Subditos etiam abſentes, & contradicentes.

11. Prin-

11. *Princeps Imperii Vaſallus Subditis ſuis Feudalibus Collectam imponere poteſt.*

12. *Princeps an Subditos ſuos Vaſallos ratione Feudi collectare poßit?*

13. *Feudorum placita non permittunt Seniori, ſive Domino Feudi, ut Vaſallis ſuis Collectam imponat.*

14. *Ius Vaſallagii non operatur ſubjectionem, cujus ratione Collecta imponitur.*

15. *Non debet quis duplici onere gravari.*

16. *Vaſalli quoq; Turcicas præſtant Collectas, quando neceßitas ſumma id exigit.*

17. *A Collectis Turcicis nemo eſt immunis.*

18. *Ratio, cur Nobiles quoq; Turcicas ſolvere Collectas teneantur.*

19. *Qui immunes ſunt à Collectis, præſtant quoque eam Collectam, quæ ob Bellum, vel aliam evidentem neceßitatem publicam imponitur.*

20. *A publicis Contributionibus nemo eſt immunis, quantumvis Privilegio ab oneribus & Tributis liber ſit.*

21. *Rejicitur eorum opinio, qui exiſtimant, Vaſallos ex Feudo ſuo non ſolvere Collectas ob magnã & inſolitam neceßitatem publicam indictas.*

22. *Princeps Vaſalli ſui Subditos collectare poteſt.*

23. *Qui immunis eſt à Collectis Provincialibus, non eſt liber à Collectis Imperialibus: & vice verſa.*

24. *Magiſtratus Imperialis an ſuos poßit collectare Subditos? & nu. 32.*

25. Civi-

25. *Civitas Imperialis quæ dicatur.*

26. *Civitas Imperialis aut immediatè Imperio eſt ſubjecta, & præter jurisdictionem omnimodã etiam Regalia habet: aut verò partim Imperatori, partim etiam alicui Principi ſubjecta eſt.*

27. *Nonnullæ ſunt Imperii Civitates, in quibus Princeps aliquis jura quædam habet; Territorium verò ipſarum eſt Civitatum.*

28. *Quæ Civitas Imperii certo quodam jure Principi alicui eſt ſubjecta, in cæteris ſua libertate fruitur.*

29. *Quædam Imperii Civitates ſemper, & omni ætate fuerunt liberæ; quædam verò olim Principi alicui ſubditæ fuerunt.*

30. *Quædam Civitates Imperiales dicuntur ſimpliciter* Reichs-Stätt; *quædam appellantur* Freye Reichs-Stätte.

31. *Civitates Imperiales in Comitiis duo diſtribuuntur in latera, ſive ſubſellia; Rhenanum & Suevicum.*

32. *Primariæ Civitates Imperiales in Orbe Romano ſunt, Auguſta; Aquisgranum; Metum; & Lubeca.*

33. *Civitates Imperiales ſibi, ſuisq; Subditis Collectam imponere poſſunt.*

34. *Civitates Imperiales jura Superioritatis habent & Regalium capaces ſunt.*

35. *Civitates Imperiales ſuis in Territoriis eandem juris poteſtatem habent, quam ipſi Principes;*

Prælati;

Prælati; Comites; Barones in ſuis Provinciis.

36. *Civitates Imperiales in ordinem Statuum Imperii ſunt receptæ.*

37. *Civitatibus Imperialibus competit jus mutandæ Religionis.*

38. Non deſunt qui exiſtimant *jus mutandæ Religionis non competere Civitatibus Imperialibus.*

39. *Civitas Imperialis ſuo in diſtrictu jura Principis obtinet; ac tantum poteſt ſuo in Territorio, quantum Imperator in Imperio.*

40. *Civitas Imperialis proprium habet Territorium.*

41. Recenſentur, qui exiſtimant, *Civitatibus quoq; Imperialibus collectandi competere jus.*

42. Commemorantur Autores, qui opinãtur, *jus collectandi non competere Imperiali Civitati.*

43. *Ius Superioritatis, quod Civitatibus competit Imperialibus, impropriè dicitur,* Die Landts-Fürſtliche Obrigkeit; *Rectè verò appellatur,* die Landts-Obrigkeit / die Ober-Landts Herzligkeit / die hohe Landts-Obrigkeit.

PRovinciales Collectæ ſunt, quas Imperii Status & Ordines pro utilitate Provinciæ & Territorii ſui vigore Regalium ab Imperatore, vel præſcriptionis jure obtentorum, Subditis ſuis imponunt, Germanicè Landt- 1.

Land-Steur. Mynſing. *Reſponſ. 64. decad. 7. & Reſponſ. 1. in princ. decad. 15.* Wueſenbec. *conſil. 27. nu. 20. conſil. 45. part. 1.* Sixtin. *lib. 2. de Regalib. cap. 14. numer. 32.* Thomas Michael. *Diſputat. de Iurisdict. Theſ.* XI. *ſub lit. B.* Henricus à Roſenthal. *Tractat. de Feud. cap. 5. Concluſ. 74.* Andr. Knichen. *de ſublimi Territorii jure cap. 3. numer. 209. 220. & 346.* Adſeſſores Camerales *Symphoremat. Tom. 1. part. 2. Titul. 6. voto. 7.* Matth. Stephani. *libr. 2. de jurisdiction. part. 1. cap. 1. membr. 1. nu. 112.*

2. Hujus generis Collecta non eſt Contributio Turcica, quam Status Imperii à Subditis ſuis exigunt. Exigitur enim magis in modum executionis, quam jure quodam proprio; & Regalium jure, Rutger. Rulandt. *de commiſſar. part. 4. libr. 2. cap. 6. numer.* 10. Et ſentit ita Camera Imperialis, teſte Meichſnero, *Decis. Cam. Imp. Tom. 2. libr. 1. Decis. 6. numer. 92.* ac confirmatur eo, quod Status Imperii has Turcicas Collectas ita exigunt, ut nil ſibi inde reſervare poſſint; ſed in certis Civitatibus, quæ Leg-Stätte vocantur, totam ſuam portionem definitam ſolvant: idque etiam in Electoribus Imperii locum habeat, Reg. Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 14. num. 31.*

3. Exiguntur autem hæ Provinciales

Colle-

Digitized by Google

Collectæ pro curis & laboribus, quos ſuſtinet Imperii Status, puta Princeps aliusve Dominus: tum etiam in recompenſationem expenſarum, quas Domini facere & pati debent pro pace & quiete inter Subditos tenenda: pro ſua item dignitate ſervanda: proque Salariis Officialium ob Juſtitiam adminiſtrandam, Simon de Prætis *conſil. 100. nu. 1. part. 3.* Nicol. Everhard. jun. *conſil. 10. nu. 28. lib. 1.*

Jus imponendi has Collectas ſimiliter Regalibus connumeratur, cum, ut dixi, Imp. ex conceſſione vel præſcriptione temporis immemoralis profluat, Mynſing. *Reſponſ. 1. numer. 97. decad. 11.* Uueſenbec. *d. conſil. 27. numer. 20. & dict. conſil. 40. numer. 8.* Joann. Borcholdt. *ad C. un. Titul. Quæ ſint Regal. numer. 53. verſ.* Regalia Imperatori competunt, Reg. Sixtin. *Tractat. de Regalib. libr. 2. cap. 14. num. 16. & ſeqq. & num. 32.* Ruthger. Ruland. *Decis. juris contr. 11. & de Commiſſionib. part. 4. libr. 2. capite 6. numer. 12. & 13.* Thomas Michaelis *Diſputat. de Iurisdict. Thes. XI. ſub lit. B.* & alii proximè citati. 4.

Imponunt ergo has Collectas Principes Imperii inferiores, puta: Duces, Marchiones; Comites: tum quia obtinent hoc jus ex conceſſione Imperatoris, ut à quo tanquam 5.

Capita-

Capitanei Regni cum jure eodem, quod Cæſar obtinuit in Provincia, infeudati ſunt, ut modò dixi: tum etiam quia per tempus immemoriale reſervatis hiſce Principes ſuis in Provinciis uſi ſunt; Ut non immeritò hac ratione ſuis in Territoriis acquiſiti hujus juris reſpectu vicem Imperatoris obtinere dicantur, Caſtrens. *conſil. 34. nu. 2. & 4. lib. 2.* Cravet. *conſil. 135. n. 2. & conſil. 404. n. 15. conſil. 411. nu. 48. & conſil. 983. n. 1.* Decian. *conſil. 2. n. 165. lib. 1. & conſil. 5. num. 17. & 18. lib. 4.* Menoch. *conſil. 601. nu. 1.* Pancirol. *conſil. 119. nu. 48. & ſeqq.* Cacheran. *conſil. 9. nu. 2. & 3.* Peregrin. *conſil. 3. num. 44.* Pacian. *conſil. 149. nu. 13. & ſeqq.* Proſper. Farinac. *in praxi criminali, Quæſt. 29. nu. 110.* Modeſtin. Piſtoris. *conſil. 24. nu. 1. lib. 1.* Zaſ. *conſil. 1. num. 21. vol. 2.* Uueſenbec. *conſil. 27. nu. 29.* Joan. Dauth. *de Teſtament. in princ. n. 36. pag. 68.* Joan. Borcholt. *de Feudis c. 5. n. 37. & in c. un. Tit. Quæ ſint Regalia, nu. 8. lib. 2.*
6. *Feudor.* licet generaliter & abſolutè id dici non poſſit; ſed reſpectivè tantum, quò ad conceſſa in Privilegiis, non autem quoad ea quę Privilegio non continentur, Peregrin. Jannin. *1. de citat. reali cap. 1. nu. 773.* Natta. *conſil. 631. nu. 29. in fin.* Menoch. *conſil. 250 num. 105.* & poſt Jacobin. de S. Georgio, Joannes Borcholt. *de Feudis dict. cap. 5. nu. 37. in fin.*

7. Quod de Principibus dictum eſt modò, exau-

exaudiendum quoq; de Baronibus: Nam & ſi in Germania non minus quam Duces, Marchiones, & Comites dignitatem regalem habere dignoſcuntur; Roſenthal. *Tract. de Feudis cap. 2. concl. 2. & cap. 9. concluſ. 55. & ibi in addit. ſub lit. b.* Schrad. *de Feud. part.* 10. *ſect.* 1. *nu.* 22. Frideric. Pruckman. *conſil.* 27. *num.* 17. Andr. Knichen. *de jure Territorii, cap. 1. num. 300.* Tob. Paurmeiſter. *de jurisdict. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 40.

Hæ autem Collectæ Provinciales imponuntur adhibito Subditorum conſenſu, vel eorum, qui Subditos repræſentant, ut ſunt: die Land-Stände/ Ægid. Thomat. *Tractat. de Munerib. & Collect. §. videndum, num. 1. pag. 276.* & Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mandat. cap. 44. nu. 7. & 8.* 8.

Majoris autem partis vota prævalent *l. Quod major 19. ff. ad municipal. l. Nominationum 46. C. de Decurionib. libr. 10. c. Cum nobis, 10. de Elect.* Confert Aurea Bulla Caroli IV. *cap. 2.* & Receſſus Imperii Auguſtanus *de Anno 1512.* §. Es ſollen auch die Chur-Fürſten ꝛc.

Quod ſi vota Procerum Provincialium paria ſint, Superioris arbitrio & deciſioni committuntur. *arg. l. duo judices 28. ff. de re jud.* Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1576.* §. da dann die ſachen/ Uuinzel. *de Collectis, obſervat. 6.* 9.

Collectarum indictio ita ritè facta obli- 10.

C gat Sub-

10. gat Subditos etiam abſentes, & contradicentes, Uueſenbec. *conſil. 18. numer. 3. part. 1.* & Henric. à Roſenthal *Tract. Feud. cap. 5. Concluſ. 75. num. 1.*

11. Ex prædictis ergo liquet, quod Princeps Imperii Vaſallus Subditis ſuis feudalibus Collectam imponere poſſit.

12. Cæterum Quæſtionis eſt dubiæ, an Princeps ſuos quoque Vaſallos ratione Bonorum feudaliũ collectare poſſit, necné? Ægid. Thomatus *Tract. de Collect. §. Exactis Eccleſiaſticis Perſonis, n. 19. pag. 343.* affirmanti inhæret opinioni, quam ſeptem rationibus firmare intendit. Sed alii Dd. communiter neganti Pronunciato applaudunt quos memorant & ſequuntur Petr. Surd. *conſil. 135. num. 11. 12. 82. 83. & conſil. 234. numer. 8* Albert. Brun. *conſil. 103. nu. 2* Cravet. *conſil. 497. num. 3. verſ. Quintò*, Modeſtin. Piſtoris *conſil. 21 nu. 30. lib. 2.* Mynſing. *Reſponſ. 1. nu. 1. & 2. Decad. 15.* Erneſt. Cothman. *Reſp. 11. num. 32. libr 1.* Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 78. num. 2.* & Petr. Heig. *Quæſt 18. num. 16. & ſeqq. part. 1.* Atque horum ſententiam Juris veritati propiorem judicio.

13. Tum quia nuſquam in Feudorum libris permittitur Domino Vaſallis ſuis Collectam imponere, Proindeq; hoc jus ei denegatum intelligitur, *l. 5 in prin. ff. de Probat. l Illam 19 ibi, eò quod nulla conſtitutio ſuper hujusmodi Collatione*

poſita

eſſet, *C. de Collationib. & Novel.* 18. *cap.* 5. Tum 14.
quia jus Vaſallagii ſubjectionem, cujus ratio-
ne Collecta imponi poteſt, non operari cer-
tum eſt, *c. Cæterum*, 10. *de jud. & Clement. Pa-
ſtoralis*, *Tit. de ſentent. & re judic.* Natta *conſil.*
445. *num.* 9. *conſil.* 313. *num.* 4. Cravet. *conſil.*
912. *numer.* 15. Menoch. *conſil.* 721. *numer.* 40.
Uueſenbec. *conſil.* 1. *numer.* 57. *verſ. Itaque.* Mo-
linæ. *in Conſuetud. Pariſ.* §. 33. *gl.* 1. *verb. droicts*,
num. 105. Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feud.
dict. cap.* 5. *Concluſ.* 78. *num.* 5. Sola *in Conſtitut.
Subaud. in proœm. Decret. gl.* 2. *num.* 15. Tum et-
iam, quia cum Vaſallus ratione Feudi ad ſer- 15.
vitia perſonalia obſtrictus ſit Domino, æquum
eſt, ne etiam Collectis atque ita duplici onere
gravetur *l. Titia* 34. §. *Cui invita Filia.* 5. *verſ. Non
eſt enim*, *ff. de Legat.* 2. & *l. Navis* 4. §. *Quid ergo*,
*verſ. indubitate ff. de lege Rodia de jacturis. l. priva-
ta* 10. *C. de Excuſat. Muner. lib.* 10. & *l. ult. C. de
fundis limitrophys*, *libr.* 11. Tum poſtremò quia 16.
Receſſu Imperii Spirenſi *de Anno* 1544. §. Nåm-
lich ſollen / *ibi*, Sie ſeyn Lehen oder aigen / & §.
damit aber ſolcher / *ibi*, die ſeyn Lehen oder aigen /
juſſi ſunt quoque Vaſalli de Bonis ſuis feuda-
libus Collectas ſolvere Turcicas, eò tantum
caſu, quo neceſſitas ſumma id exegit, ut quia
Turcicus Populus adſcito in auxilium Gallia-
rum Rege Imperium Romanum depopulari

& vaſtare omni conatu laborabat; proindeque omnes omnino, etiam immunes qui ſunt à Collectis, eas ſolvere coacti ſunt, uti oſtendit idem Receſſus *in* §. das auch ſolche Hilff / *&* §. vnd in ſonderheit iſt auch ꝛc. Juris autem diſpoſitione in caſu ſpeciali cautum quod eſt, regulariter non obtinere cenſetur extra illum caſum, *per l. Quod verò 14. d. duab. ll. ſeqq. ff. de legib.* & Exceptio confirmat Regulam in caſibus nō exceptis, *l. 1. verſ. ult.* Ubi Dec. Cagnol. & alii
17. *& l. In toto jur. 80. ff. de Reg. jur.* Accedit eodem, quod licet aliis Receſſibus Imperii ſpecialiter diſponatur, ut qui virtute ſui Privilegii ſpecialis immunes ſunt ab onere Collectarum, non collectentur, Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1548. & de Anno 1555. Indict.* tamen Receſſu Spirenſi *de Anno 1544.* omnes omnino etiam privilegiati Collectas illas Turcicas ſolvere jubentur. Quod attinet Ægidii Thomati opinionem, eſt illa communiter à Dd. reprobata, ut teſtatur Mynſing. *dict. Reſp. 1. num. 3. Decad. 15.* & procedunt rationes, quibus nititur, partim quò ad Bona allodialia, non, feudalia, partim etiam in ſummæ & extremæ neceſſitatis caſu, quo omnes etiam Privilegio muniti, Collectas ſolvere coguntur, ut alios ſequutus ſcribit idem Mynſing. *dict. Reſponſ. 1. nu. 9. 10. & 14. Decad. 15.* tum etiam Petr. Heig.
18. *dict. Quæſt. 18. numer. 23. & ſeqq. part. 1.* Et ſane diffici-

difficilem ſe Nobilitas præſtare non debet, univerſa Provinciæ Republ. in extremum & inevitabile adducta diſcrimen, ex ſuis etiam Feudis ei ſuppetias ferre: cum illa neceſſaria communis Salutis defenſio ad ipſius quoque Ordinis Equeſtris Nobilitate antiqua conſpicui dignitatem, & ſplendorem conſervandum pertineat. Quo quæſo in precio eſſet ipſa Nobilitas, Provincia, in qua degit, Bello vaſtatâ, direpta, exinanita? Quæ facies foret Religionis ſyncerae, quæ omni patrimonio homini Chriſtiano charior eſſe debet, ſi vim, tyrannidem, & immanitatem Turcæ, aut alterius publici hoſtis experiri neceſſe haberemus? Confert huc, quod immunitas alicui ab oneribus, & Collectis ordinariis, & extraordinariis, ſolitis & inſolitis, conceſſa, non extenditur ad onera, quæ imponuntur ob publicum Bellum, vel aliam evidentem neceſſitatem publicam, Mynſing. *Cent. 4. obſerv. 70.* Ubi Dominos Camerales ita cenſuiſſe olim ſcribit.
Teſtantur & ipſi Receſſus Imperii, quod ob 20.
Turcicam expeditionem à publicis Contributionibus nemo excipiatur, quantumvis Privilegio ſit munitus, & ab oneribus & Tributis immunis, ſicuti arguunt Receſſus Imperii Uuormbmacenſis *de Anno 1495.* von dem gemeinen Pfenning / Auguſtanus *de Anno 1500.* Spirenſis *de Anno 1542.* §. vnnd nämblich ſollen

alle Chur-Fürſten/ *& de Anno 1544.* §. vnd nämblich ſollen alle; Ratisbonenſis, *Anno 1576.* §. vnd nach dem dieſe; Auguſtanus, *de Anno 1582.* §. vnd demnach ſollen die Vnderthonen / *&* §. *ſeq.* & Ratisbonenſis, *de Anno 1594.* §. demnach ſollen die Vnderthonen ꝛc. quibus Imperii Decretis omnibus in caſu neceſſitatis extremæ derogatur omnibus Conventionibus, Privilegiis, & Exemptionibus, quę immunitatem ab indictis Collectis tribuunt. Idque ſentiunt etiam Dd. quos recenſent & ſequuntur, Mynſing. *dict. Reſp. 1. nu. 10. Decad. 15, & dict. Cent. 4. obſerv. 70.* & Petr. Heig. *dict. Quæſt. 18. num. 26.*

21. Non deſunt tamen, qui propter Bellum, vel quam aliam magnam & inſolitam neceſſitatem publicam à Vaſallo ex Feudo, ſive Bonis feudalibus Collectam ſolvendam nō eſſe exiſtimant, quorum meminit Mynſing. *dict. Reſp. 1. n. 5. & 6. Decad. 15.* Verùm opinio hæc, ut æquitati, & commodo publico adverſa non immeritò rejicitur. Et licet conſuetudine aut præſcriptione Privilegium ſuum de non ſubeundo Collectarū onere nobiles Vaſalli poſſent tueri, attamen urgente publica neceſſitate inevitabili ex ſuis quoq; feudalibus prædiis Collectam ſolvere tenerentur, per ea, quæ tradit Ægid. Thomatus *in dict. §. Exactis, nu. 21. pag. 351. & ſeq.* quem ſequitur Petr. Heig. *dict. Quæſt. 18. n. ult.* & confert textus *in l. Neminem 11. C. de SS.*

Eccleſ.

Eccleſ. & l. 2. C. de quib. munerib. vel præſtationib. nemini liceat ſe excuſare.

Etſi verò Dominus Feudi Vaſallos ſuos Collectis onerare nō poſſit: attamen Princeps Vaſalli ſui Subditis imponere Collectā poteſt; Quia hoc jus cenſetur reſervatū & non translatum in Vaſallum, Roland. *conſil. 1. nu. 102 vol. 2. & conſil. 4. n. 47. vol. 3.* Joan. Petr. Surd. *conſil. 210. num. 58. libr. 2.* 22.

Eſt & illud hic notandum, quod licet aliquis à provinciali Collecta der Läd-Stewr immunitatem habeat, ea tamen ad evitandam Imperialem Collectam der Reichs-Stewr uti non poſſit; & qui Privilegio Contributionis Imperialis gaudet, ad declinandam provincialem Contributionē prætendere illud nequeat, Modeſtin. Piſtoris *conſil. 4. num. 5. & ſeqq lib. 1.* Thomas Michaelis *Diſputat. de juris dict. Theſi. 11.* & Caſpar Klocke. *in Diſſertatione Theorico Practica, de Contributionibus, Concluſ. 9.* Seperatorum enim ſeperata eſt ratio, *l. ult.* ubi Bart. & alii, *ff. de Calumniatoribus.* 23.

Cæterum an ut Principibus jus collectandi Subditos ſuos competit, ita & Magiſtratus Civitatis Imperialis idem jus ſuos in Subditos vindicare ſibi queat, haud incōmodè hoc loco in Quęſtionē vocari poteſt? Quemadmodum antiquitus quædam Civitates erant maximæ, quædam magnæ, quædam parvæ, 24.

l.ſi duas 6.§. Eſt autem.ff. de Excuſat. Marc. *Deciſ.* *366. num. 21.* Decian. *Reſp. 19. nu. 21. vol. 1.* Celſus Hugo *conſil. 34. num. 37. verſ. Præmitto*, Burſat. *conſil. 159. num. 1.* Pacian. *de Probat. lib. 2. cap. 43. nu. 15.* Loſæus *de jure Univerſitatis, part. 1. cap. 2. num. 20.* Itaque quoque hodie Romano in Imperio Civitates aliæ ſunt Imperiales, aliæ Pro-
25. vinciales. Civitas Imperialis dicitur, quæ immediatè Cæſaris Imperio ſubdita eſt, & jus ſeſſuræ, ac ſuffragiorum in Comitiis obtinet, ein Reichs-Statt / Tobias Paurmeiſterus *lib. 2. de juriſdict. Imperii Romani cap. ult. num. 13. & 14.*
26. Ea autem in duplici eſt differentia: aut enim ſolum Imperatorem immediatè recognoſcit, ab eoq; plenam & omnem conceſſam vel præſcriptam Juriſdictionem ac Regalia habet: aut verò partim Imperatorem recognoſcit, partim etiam certis conditionibus ac pactis Principi alicui, puta: Duci, Marchioni, Comiti ſubeſt, in cujus Territorio eſt ſita, Mynſing. *Reſp. 13. num. 10. decad. 2.* Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv. practic. obſervat. 54. num. 10.* Thomas Michaelis *de juriſdict. Theſi 139.* & Matth. Stephani *de juriſdict. libr. 2. part. 2. cap. 1. num. 17.*
27. *& 18.* Sunt etiam nonnullæ Civitates Imperii, in quibus Princeps aliquis jura quędam habet, Territorium verò ipſarum eſt Civitatum, non Principis illius; cujuſmodi Civitas eſt Goslaria, in qua Dux Brunſuicenſis quædam inſignia

obtinet

obtinet jura, licet ipſius non ſit, ſed Imperii Civitas libera. Ejuſmodi quoque Civitas eſt Noriberga, in qua Marchio Brandeburgenſis Burggraviatum ſibi vendicat: ut & Magdeburgum, in quo Dux Saxoniæ ſimiliter Burggraviatum ſibi adſcribit. Sunt & aliæ ejus generis Civitates, in quibus Principes, vel Seculares, vel Eccleſiaſtici jura quædam ſibi vendicant, de quibus Matthias Stephani *dict. cap. 1. numer. 30.*

Quæ autem Imperii Civitas certa lege, 28.
pacto, vel conditione ſubdita alicui Principi, aut in qua Princeps jura qaædam ſingularia habet, extra eam conditionem & jura iſthæc libertate ſua placidè fruitur per Textus Juris, & Dd. Autoritates, quas citat. Andr. Gayl *lib. 2. obſervat. practic. dict. obſervat. 54. numer. 10.* & Matth. Stephani, *dict. cap. 1. nu. 31. & 32.*

Non eſt hoc loco ignorandum, quod 29.
quædam Civitates Imperii in perpetua libertate remanſerunt, quædam verò olim ſub Principum Eccleſiaſticorum vel Secularium jugo fuerunt, poſtmodùm verò liberæ factæ ſunt.
Illæ dicuntur ſimpliciter Reichs-Stätte & 30.
Aquilam integram, vel Aquilæ partem pro Inſignibus habent, ſie führen einen gantzen Adler/oder etwas darvon. Hæ appellantur Freyhe Reichs-Stätte/vnnd haben nichts vom Adler/ ut teſtatur Collector præjudiciorum Camera-

lium *in verb Civitas Imperialis, in fin.* neque diſſentit Tobias Paurmeiſterus *Tract. de juriſdict. lib. 2. cap. ult. nu. 14. circa finem* Quæ autem & quot ſint liberę Civitates Imperiales, quæ item & quot ſimpliciter vocentur Imperiales Civitates, ex quodã anonymo Autore tradit Matth. Stephani *Tractat. de juriſdict. lib. 2 part. 2. cap. 1. num. 54.* ubi 84. enumerat liberas Imperiales Civitates, has nimirum, Augſpurg/ Metz/ Aach/ Lübeck/ Saltzburg/ Coſtnitz/ Cölln/ Bamberg/ Vlm/ Schletſtatt/ Hagenaw/ Magdeburg/ Olderling/ Rotenburg/ Lützelburg/ Nürnberg/ Franckfurt am Mayn/ Speyr/ Wurmbs/ Oppenheim/ Memmingen/ Kanſtein/ Eiſſen/ Wangen/ Ravenſpurg/ Vberlingen/ Leytirch/ Kauffbeyren/ Donawert/ Nortlingen/ Dinckelsfurt/ Winſchin/ Offenburg/ Pfullendorff/ Dortminde/ Northauſen/ Colmar/ Neuß/ Gaßlar/ Weill/ Eßlingen/ Reitlingẽ/ Rotweil/ Daventur/ Campen/ Schuoll/ Kronweiſſenburg/ Landaw/ Biberach/ Buchern/ Achler/ Pepſingen/ Schwäbiſchen Gemünd/ Kayſers-Lauttern/ Tol/ Mentz/ Trier/ Gellhauſen/ Wetzler/ Friedburg/ Siltach/ Milhauſen/ Hildesheim. Sed Imperiales tantum Civitates recẽſet 18. has ſcil. Straßburg/ Erfurt/ Breßlaw/ Hãburg/ Braunſchweig/ Baſel/ Zürch/ Bern/ Lucern/ Soluturn/ Freyburg/ Zug/ Vnderwalden/ Glariß/ Vhri/ Schweitz/ Appenzell/ vnnd S. Gallen.

Omnes

Omnes autem Imperii Civitates, ſive ab initio liberæ ſint relictæ, ſive poſtea immunitate ſint donatæ, pari jure cenſentur, & in Comitiis in duo latera ſive ſubſellia diſtribuuntur, Rhenanum & Suevicum, vulgò die Reiniſche/ vnd Schwäbiſche Banck/ Paurmeiſterus *dict. lib. 3. de jurisdict. cap. ult. numer. 15.* Inter o- 31.
mnes tamen Imperii Civitates, quatuor ſunt primariæ: Auguſta, Aquiſgranum, Metum, & Lubeca, ut alios citans atteſtatur idem Paurmeiſterus, *dict. cap. ult. nu. 16.* 32.

His ita præmiſſis, ad propoſitam Quæ- 33.
ſtionem reſpondendum, quod & Imperii Civitates, ſibi & ſubditis ſuis Collectam imponere poſſint. Non minus enim hæ Civitates, ac ipſi Principes ſuis in ditionibus, & Territoriis 34.
jura Superioritatis habent, & Regalium capaces ſunt, *per text. in Conſtitut. de Pace Conſtantiæ, §. Nos verò Romanorum*; Et eandem juris poteſtatem obtinere Imperii Civitates, quam ipſi 35.
habent Principes, Prælati, Comites, Barones in Provinciis ſuis, oſtendit Tobias Paurmeiſterus, *lib. 2. de jurisdict. cap. ult. num. 17. & ſeq.* & Matth. Steph. *lib. 2. part. 2. de jurisdict. cap. 7. num. 186. & part. 3. ejusdem libri, cap. 1. num. 36. & ſeq.* Et quia Civitates hæ in ordinem Sta- 36.
tuum Imperii ſunt receptæ, ipſis quoque Superioritatis, & Territorii jus competere certum eſt, ne ſcilicet Status Imperii nomen, ſit nomen inane, Bald. *in Tractat. de*

Schiſ-

Schiſmat. in prin. num. 10. Decian. *conſil. 4. Incip. Quæritur ergo, num. 21. vol. 4. & conſil. 18. nu. 124. vol. 1.* Ubi dicit, *poteſtatem Civitatum Regalibus utentium in dubium vocare, eſſe revangare Mundnm.* Confert eodem, quod Ci-
37. vitati Imperiali conſentientibus omnium Civium Ordinibus jus mutandæ Religionis cõpetit, Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1555.* §. Nach dem aber in vilen freyen vnnd Reichs-Stätten *junctis aliquot §§. præcedentibus, & ſeqq.* quibus facta nominatione Electorum, & Principum, generaliter ſubjungitur mentio der Stând / atq; ita comprehenduntur etiam Civitates Imperiales, quæ ſimiliter Status ſunt Imperii, Conſentit Petr. Frider. Mindanus *lib. 1. de proceſſib. cap. 31.* Cur ergo (quod minus eſt) Collectam indicere nõ poſſent? Col-
38. lector tamen Deciſionum ſeu præjudiciorum Cameræ Imperialis, *in verb. Civitas Imperialis*, dubitat, num Civitates Imperiales Reli-
39. gionem mutare poſſint. Accedit huc, quod Civitas Imperialis ex communi Dd. ſententia in ſuo diſtrictu ac Territorio jura Principis obtinet, ac tantum poteſt in ſuo Territorio, quantum Imperator in Imperio, Andr. Gayl. *lib. 2. obſerv. practic. obſerv. 57. num. 7. & de Pace public. lib. 1. cap. 6. num. 11.* Scipio Gentilis *de jurisdict. lib. 3. cap. 22.* Quod tamen non ita generaliter intelligendum, ſed ſecundum quid exaudi-

exaudiendum eſt, *ut ſupra* de Inferioribus Imperii Principibus dixi, & ſentit Paurmeiſter. *Tract. de jurisdict. lib. 1. cap. 4. & h. lib. 2. cap. 1. 2. 3. nu. ult.*

Præterea Civitas Imperialis proprium habet Territorium, & Imperatorem eo nomine immediatè recognoſcit: habet ergo & jus Territorio annexum, quod eſt Superioritatis, ſive territoriale jus, die Lands-Obrigkeit. Cui enim competit Territorium propriè ſumptũ, puta: ut Statui Imperii; eidem quoque competit jus Territorio cohærens, Camil. Boroll. *conſil. 70. num. 34. & conſil. 86. nu. 11.* 40.

Poſtremò competere collectandi jus etiam Imperiali Civitati ſentit quoq; Collector Deciſionum, ſeu præjudiciorum Cameræ Imperialis, *in verbis, Civitas Imperialis, in prin. ubi* (niſi vicioſa ea ſit lectio) ſubjicit, quod hæc opinio juri & praxi conſentanea ſit. Amplectitur eandem ſententiam Matthias Stephani *Tractat. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 14. 15. 16. 17. & num. 186. & lib. 2. part. 2. cap. 1. num. 63.* tum etiam Caſpar Klocke *in Diſſertatione theorico-practica de Contributionib. Concluſ.* 10. 41.

Cæterum ab hac opinione diſſentiunt Curt. Senior. *conſil. 68. num. 5. verſ. Et minus, & num. ſeq.* item Petr. *de Poteſtate Principum cap. 22. num. 140. pag. 308.* & Andr. Knichen *Tract. de jure Territorii, cap. 1. & in velitatione apologetica, nu.* 42.

ca,num. 15: 120.130. *& ſeqq.* Ubi infert, Civitates Imperiales non habere jura territorialia, ſed ea penes Imperatorem reſidere, & plerunque Electores, alioſq; Principes vicinos in diſtrictu ejuſmodi Civitatũ ea ſibi comparaſſe; ſed erronea ſit, nec ne, opinio hæc, æſtimandum relinquo æquis judicibus ex rationibus ordine hactenus prolatis.

43. Etſi verò Civitates quoq; Imperiales jus habeant Superioritatis ſive Territorii ſupremum jus, illud tamen Collector Deciſionum ſeu præjudiciorum Cameræ Imperialis *in dictũ verbis, Civitas Imperialis*, impropriè appellat die hohe Land-Fürſtliche Obrigkeit. Rectè autem vocatur die Landts-Obrigkeit / die Ober-Landts-Herrligkeit / die hohe Landts-Obrigkeit. Matthias Stephani *Tractat. de Iuriſdict. lib. 2: part: 2. cap. 1. num: 63. & ſeq.*

Caput V.

De Collectis Præfecturalibus, & Municipalibus.

Summaria.

1. *Præfecturalis Collecta quæ ſit.*
2. *Municipalis Collecta quæ ſit.*

3. *Mu-*

3. *Municipalem Collectam aliqui vocant Collectam ruralem.*

4. *Municipium an poſſit indicere Collectam per diſtinctionem definitur.*

5. *Municipalis Collecta de Regalibus non eſt.*

6. *Municipalis Collecta non eſt juris territorialis.*

7. Quæſtio: *An Nobili competat jus collectandi Subditos ſuos?*

8. *Ius Collectandi eſt de majoribus Regalibus.*

9. Quæſtio: *An Magiſtratus rigore juriſdictionis ſua Collectam imponere poſſit? Vbi diſtinguitur.*

10. *Virtute meri Imperii non poteſt indici Collecta.*

11. *Merum Imperium non eſt de Regalibus.*

12. *Pœnarum compendia licet Regalibus connumerentur, ex eo tamen non ſequitur, quod de Regalibus ſit merum Imperium.*

13. *Imperator eſt fons omnis juriſdictionis, & proinde meri quoq; Imperii.*

14. *Conceſſio Iuriſdictionis eſt de Regalibus: ipſa verò juriſdictio alicui competens de Regalibus non eſt.*

15. *Non modò Civitas, ſed & quælibet alia Vniverſitas Provincialis, puta pagus, communi neceſſitate exigente, abſque licentia Superioris, Civibus convocatis omni-*

Digitized by Google

omnibus, aut qui Cives repræſentant, ſeipſum ad voluntariam Contributionem obſtringere poſſunt.

16\. *Qui teneantur ad Collectam præſtandam, cum frugum, paſtuum, vel animalium cuſtodibus ſolvendum eſt ſalarium.*

17\. *Pro reſtaurando, vel reficiendo Templo an Collecta imperari poſſit.*

18\. *Cum Univerſitatis arca ſufficit Collectæ neceſſariæ, Cives inviti ad Collationẽ cogi non debent.*

19\. *Quando Communitatis arca tenuis non ſufficit Collectæ neceſſariæ, Cives inviti ad Collationem à Superiore cogi poſſunt.*

20\. *Caſu eodem pars Communitatis major ad Collationem cogere poteſt partem minorem.*

1\. PRæfecturalis Collecta eſt, quam Præfectus cum Senatu oppidano, omnibus de Præfectura Civibus, oppidanis & paganis, ſive ruſticis imponit, vulgò Ampt-Stewr. Cujuſmodi Collecta plerunq; in totius Præfecturæ uſum exigi ſolet. Quandoque etiam in donationem Principi faciendam à volentibus Civibus & ruſticis peti poteſt, *arg. l. 4. ff. de Decret. ab ord. faciend.*

2\. Municipalis Collecta dicitur, quam Civitatis Provincialis incolæ in communem ſui Municipii uſum præſtant, per jura & Dd. *ſub. num. 4. Civitates:* quibus adde Menoch. *conſil.*

28. nu.

28. *num. 34. lib. 1.* & Petr. Heig. *Quæſt. 17. num. alt. part. 1.* Provincialis ſive Municipalis Civitas differt à Civitate Imperiali, eò quod hæc Imperatori immediatè: Illá verò Principi aut alii Statui Imperii ſubjecta eſt, Mynſing. *Reſp. 13. num. 10. Decad. 1.* & poſt alios Matthias Stephani *de juriſdict. libr. 2. part. 2. cap. 1. num. 46. & cap. 2. num. 3. & ſeqq.* Eaq; appellatur à Tobia Paurmeiſtero ein Land-Statt/item ein Fürſten-Statt / *lib. 2. de juriſdict. cap. ult. numer. 9.* Hanc municipalem Collectam Uueſembec. *conſil. 27. num. 26.* ruralem vocat Collectam; quem ſequitur Matthias Stephani *Tract. de juriſdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 40.* Sed quam benè, haud poſſum videre, cum hæc Collecta non tantum in ruralia negocia, ſed & pro turrium, ac murorum Civitatis inſtructione indici poſſit *l. Turres 18. C. de operib. public.* 3.

Indicitur autem hæc Collecta vel Municipii neceſſitate id exigente, vel ceſſante oppidi neceſſitate propter utilitatem publicam exigitur. Priori caſu abſque Superioris, puta Principis permiſſu imponi hæc Collecta poteſt; ut ſi ſalarium aliquod Syndico, vel Medico, vel ſimilibus Perſonis conſtituendum ſit: Vel ſi tractetur de æris alieni ab Univerſitate contracti ſolutione. Quibus caſibus, deficientibus aliis facultatibus, indici Collecta Civibus poteſt, *per l. Ambitioſa, circa finem,* 4

D *ff. de*

ff. de Decretis ab ord. fac. l. an Civitates 8. ff. Quod cujuſq; Vniverſitatis nomine, Bart. & alii *in l. 4. §. Actor. ff. de re judic.* Petr. Gilken. *in l. placet, 5. nu. 36. C. de SS. Eccleſ.* Poſteriori autem caſu non niſi ex licentia Superioris poteſt hæc indici Collecta, ut communiter tradunt Dd. quos referunt & ſequuntur Guido Papæ. *Decis. 631. num. 5. & ſeqq.* Joan. Borcholt. *in explicat. cap. un. Quæ ſint Regalia, lib. 2. Feud. num. 54.* Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 74. num. 6. & Concluſ. 75. num. 1. & ibi in addit. ſub lit. c.* & Petr. Heig. *Quæſt. 17. num. 45. part. 1.* tum etiam Rutger. Ruland. *de Commiſſionib. part. 4. lib. 2. cap. 6. n. 5. & 16.* & Everhard. Bronchorſt. *Cent. 2. miſcellan. Controverſiar. aſſert. 77.* Trajanus quoq; in oppidanis Collectam non niſi ex Privilegio admiſit, teſte Plin. *libr. 10. Epiſt. 94.* quem etiam ut & alios refert Petr. Heig. *dict. Quæſt. 17. num. ult. part. 1.*

5. Non eſt ergo Municipalis Collecta de Regalibus, neque de Superioritatis, ſive Territorii jure. De Regalibus non eſt: quia non ex Privilegio Cæſareo hęc Collecta indicitur, ſed vel ex Civium omnium, aut majoris partis cōſenſu, vel ab illis, qui Cives repræſentant, imponi ſolet, ut alios ſecutus tradit Henricus à Roſenthal. *dict. Concluſ. 75.* & Petr. Heig. *dict. Quæſt. 17. num. ult.* Regner. Sixtinus. *lib. 2. de Regalib. cap. 14. num. 22.*

De ju-

Digitized by Google

De jure Territoriali non eſt: quia cum ad 6
Principes, quibus ſubditæ ſunt Civitates Provinciales, hoc jus ex conceſſione Imperatoris pertineat etiam in Civitates haſce, haud dici poteſt, quod vi hujus juris imponatur hæc Collecta. Huc pertinent, quæ ſcribit Matthias Stephani *Tractat. de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 22. & ſeqq. & part. 2. cap. 2. num. 24. & ſeqq.* Exiſtimant nonnulli Provinciales Civitates, quæ Regalia habent, vel juriſdictionem exercent, abſque Superioris conſenſu Collectas indicere poſſe. Quam ſententiam eatenus in Regalibus admitto, quatenus ſpecialiter hoc Regale de collectandis Civibus indultum ſit. In juriſdictionem verò habentibus opinio hæc mihi diſplicet, per ea, quæ tradidi *ſupra. cap. 1. num. 24. & 25.*

Eſt & illa hujus loci Quæſtio, an jus col- 7.
lectandi Subditos ſuos competat Nobili, qui de pago quodam uno, vel altero cum Regalibus à Principe inveſtitus eſt? Ajens ſententia placet Dd. ſi pro neceſſitate & ſingulari utilitate Súbditorum Collecta ipſis imponatur, ut ſentiunt, quos memorat Henriç. à Roſenthal. *Tract. Feud. cap. 5. Concluſ. 74. num. 6. & ibi in addit. ſub lit. e.* Atque hanc poteſtatem Nobili vaſallo tributam eſſe & ipſe reor; verum non hac ratione, quod de Regalibus inveſtitus eſt, cum ipſi etiam citra conceſſionem Regalium

Digitized by Google

hoc jus competat, *per text. in l. Omnes, 12. C. de operib. public. l. 1. §. Quod ſi nemo, ff. Quod cujusq; Univerſit. nom.* Et quia hujuſmodi caſu aliquo Municipium, quod Regalia habet nulla, Collectas imponere poteſt, ut proximè dixi, nihil juvat Nobilem Vaſallum in obtinendo jure collectandi, quod eſt cum Regalibus inveſtitus.

8. Quò accedit, quod jus collectandi Regale eſt de majoribus Regalibus, ut Uueſenbecius ſequutus Baldum, Andr. de Iſer. Alvarot. Petr. de Ubaldis, & alios, ſcribit *dict. conſil. 27. num. 24.* Cujuſmodi Regalia non cenſentur conceſſa generaliter facta mentione Regalium; ſed tantum minora, maximè ſi alii, quam Duci, Marchioni, Comiti conceſſio Regalium generaliter facta ſit, ut poſt alios, quos refert, tradit Joan. Borcholt. *in c. un. Quæ ſint Regal. lib. 2. Feud.* & Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 14.*

9. In dubium vocatur & illud; an Magiſtratus vigore Juriſdictionis ſuæ Collectam imponere Subditis poſſit? Aliqui ita ſentiunt, ſi omnimodã Magiſtratus habeat juriſdictionem. Horum meminit Uueſenbec. *dict. conſil. 27. num. 20.* & Henricus à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 74. in additionib. ſub lit. F.* Quidam verò id negant, Jacob. de S. Georg. *Tractat. de Feud. in verb. Cum mero mixto Imperio, & omni-*

& omnimoda juriſdictione, num. 16. & 18. Ubi in hanc ſententiam allegat Bald. *in l. cum multa, 7. num. ult.* C. *de Bonis, quæ liber. & in l. Hi quibus 7.* C. *de Fidei-Commiſſ. libertat.* Jacobinum ſequitur Ægid. Thomat *Tractat. de Munerib. & Collect. §. Ne ſcienter, num. 3. & 4. pag. 392. & ſeq.* & Uueſenbec. *conſil. 45. num. 21. num. 21.* Ubi plures ita ſentientes adducit. Nonnulli verò autumant jus collectandi Subditos competere ei Domino, qui Imperium habet merũ, ita judicat Bald. *in l. Etiam, 5. num. 13.* C. *de execut. rei judic.* & Joannes Fichard. *conſil. 20. num. 8. & ſeqq. part. 2.* De qua opinione egi *ſupra cap. 1. numer. 24.*

Cæterum prima opinio vera intelligi poteſt, ut procedat in Collecta, ſive Contributione, quæ imponitur non per modum præcepti, ſed ex Conſenſu, & Conventione Communitatis: Altera verò opinio exaudienda eſt de Collectis, quæ vigore Regalium, & ſubjectionis jure per modum præcepti indicuntur, Uueſenbec. *dict. conſil. 27. num. 20. & 26. & dict. conſil. 45. num. 21.* Sixtin. *Tractat. de Regal. cap. 14. num. 22. & ſeqq.* Johannes Koppen. *Quæſt. 32. num. 2.* Ægid. Thomat. *in dict. §. Ne ſcienter, num. 1. 4. & ſeqq.* Uuintzl. *de Collect. obſerv. 4.*

Quinctiam procedit opinio prima etiam per modum Præcepti, quando loci Dominus pro utilitate & neceſſitate communi Colle-

ctam mediocrem, & decentem indicere intendit, *per text. in l. Omnes 12. C. de Operib. public. & l.1.§. Quod ſi nemo ff. Quod cujusq; Univerſ. nomine.* Secunda verò opinatio intelligenda de juris Regalis Collecta, quam nemo niſi Princeps aliquis, aut Civitas Imperialis vigore ſuorum Regalium & ſupremi Territorii jure imponere poteſt. Ita conciliandas putat duas illas opiniones etiam Henricus à Roſenthal, *Tractat. Feud. cap. 5. Concluſ. 74. in addit. ſub. lit. F. ubi atteſtatur quod* Camera Imperialis *Anno 1556. ita judicaverit in Cauſa* Comitis *de* Hanaw *contra* Hatgaw *incolas aliquot pagorum*, das er die Underthonen zu deß Orts fürfallender Notturfft underheiſchenden Nutzen mit zimblichen/ vnnd gebürlichen Schatzungen/ vnd anlagen zu belegen macht hab.

10. Tertiam quod attinet opinionem de habente merum Imperium (de qua etiam *ſupra, cap. 1. num 24.*) illam Domini Camerales atteſtante Rutger. Ruland. *Tract. de Commiſs. part. 4. lib. 2. cap. 6. num. 1. & 8.* meritò rejecerunt. Merum etenim Imperium eſt tantũ poteſtas animadvertendi in homines facinoroſos, *l. 3. ff. de jurisdict. l. 1. C. Qui non poſſunt ad libert. perven. l. ſolent, 6. in prin. ff. de Offic. Proconſul. l. 1. ff. de Offic. ejus, cui mand. eſt jurisdict. & l. Illicitas, 6. §. Qui univerſas, & ibi Gl. ff. de Offic. Præſid.* & quidem publicæ vindictæ cauſa, *l. Locatio 9. Quod*

illicitè

illicitè, ff. de publ. & vectigal. & l. Congruit 13. ff. de Offic. Præſid. A qua poteſtate ipſum jus indicendi Collectas longe differre patet omnibus.

Ex eo autem opinio hæc tertia videtur nata, quod exiſtimant aliqui de Regalibus eſſe Imperium quoq; merum, quos refert & ſequitur Heinricus à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 4. num. 3. & 4.* Verum quia merum Imperium ſpecies eſt juriſdictionis, *d. l. 1. ff. de Offic. ejus, cui mandat. eſt juriſdict. & Conſtit. de Pace Conſtantiæ, §. Nos verò Romanorum.* Juriſdictio autem & Regalia oppoſitæ ſunt ſpecies, ut apparet *ex cap. un. tit. de decimis, in extravagantib. communib.* merum certè Imperium juris eſſe Regalis non niſi ineptè dicitur. 11.

Non obſtat, quod pœnarum compendia Regalibus annumerantur *in Tit. 56. Quæ ſint Regalia lib. 2. Feudor.* Diſtinguendum etenim eſt inter ipſam juriſdictionem criminalem, quę meri eſt Imperii, & judicis criminalis officio incumbit, & pœnam pecuniariam à Reo condemnato per Judicem exactam, quę ad Fiſcum Imperatoris pertinet, *l. ult. §. 4. C. de modo Multar,* proindeque juris eſt Regalis, & Regalibus connumeratur *in dict. Tit. Quæ ſint Regalia.* 12.

Neque etiam refragatur, quod Imperator fons eſt omnis juriſdictionis, & proinde etiam meri Imperii *d. l. in prin. ff. de Offic. ejus, cui mandat. eſt juriſdict.* quo argumento Henri- 13.

cus à Roſenthal. *dict. cap. 5. Concluſ. 4.* probare intendit juriſdictionem Regalium numero
41. haberi. Non, inquam, refragatur illud, cum meritò diſtinguendum ſit inter jurisdictionis conceſſionem, & jurisdictionem ipſam. Illa cum ſoli Imperatori originaliter accepta referenda ſit, eſt de Regalibus: At ipſa juriſdictio, uti conſideratur in Magiſtratu, qui eam exercet, non eſt juris Regalis, cum ipſa quandoque jure etiam Magiſtratus competat, non ſpeciali conceſſione, *d. l. 1. in prin. ibi, quæ verò jure Magiſtratus competunt, ff. de Offic. ejus, cui mand. eſt jurudict.* Ex his omnibus ergo, quæ jam dicta ſunt, abunde liquet, vigore jurisdictionis non competere Magiſtratui jus collectandi Subditos; ſed quia Magiſtratus eſt, neceſſitate vel utilitate communi exigente, Collectas indicere poteſt, *ut antea* oſtendi.

15. Non modò autem Civitas; ſed & alia Univerſitas Provincialis, puta: Pagus communi neceſſitate exigente, eam abſq; licentia Superioris, Civibus convocatis omnibus, aut qui Cives repræſentant, ſe ipſum ad voluntariam Contributionē obſtringere poteſt, *per l. 1. § ult. ubi Gl. in verb. Pro-Conſul. in fin. ff. Quod cujus q. Univerſ. nom.* Petr. de Ubald. *de Collect. num. 1.* Teſſaurus. *Deciſ. 257* Henric. à Roſenthal. *de Feud, cap. 5. Concluſ. 75. num. 1. & in addit. ſub. lit. C.* Si tamen Conſuetudo requirat Principes adhiberi

heri conſenſum ea, ſervanda erit. Loſæ. *de jure Vniverſitat. part. 3. cap. 9. numer. 3.* ubi alios hanc in ſententiam citat.

Eſt & illud hic notandum, quod ſi pro ſolvendo ſalario cuſtodibus frugum, paſtuum aut animalium, Municipalis Collecta exigatur: ad eam ſolvendam illi tantum teneantur, in quorum commodum cuſtodes illi ſunt conducti, Florez. *Quæſt. 21. n. 116. & 119.* 16.

Quæritur, ſi quodam in Municipio Templum ſit inſtaurandum, vel reficiendum, jam Parochiani, qui ibidem Dei verbum audiunt, & Sacramenta percipiunt, collectari hoc nomine poſſint? Ajentem opinionem judico probandam, Autoritate Abb. *in c. 1. nu. 4. extra de Eccleſ. ædific.* Bertrand. *conſil. 41. nu. 26. libr. 4. & conſil. 126, nu. 12. vol. 1. pag. 2.* Natta. *conſil. 215. numer. 7. in fin. verſ. Ex quo inſero,* Teſſaurus. *Deciſ. 149. num. 7.* Decian. *conſil. 14. num. 36. vol. 2.* Pacian. *conſil. 7. num. 98. & ſeqq.* Surd. *conſil. 62. num. 26.* Everhard. jun. *conſil. 35. vol. 2.* Borell. *conſil. 2, num. 11, & ſeqq.* 17.

Si tamen portio Redituum fabricæ Eccleſiæ deputata ſufficiat, ex ea reparatio Eccleſiæ fieri debet, *can. un. 30. Quæſt. 3. & can. Decernimus, 10 Quæſt. 1.* Abb. *in dict. c. 1. num. 3.* Bertrand. *dict. conſil. 41. numer. 26. & conſil. 181. num. 2. vol. 7.* Quod ſi portio iſthæc non ſufficiat, tunc Rector, & beneficiati Eccleſiæ, ſe-

Digitized by Google

cundum quod ibi percipiunt, conferre debent. *c. 1. & c. de his, extra de Eccleſ. ædific.* & *utrobique* Abb. *c. fin. extra de his, quæ fiunt à majore part. can. ſi Monachus, 16. Quæſt. 1.* Ad quam Collationem etiam Canonici poſſunt cōpelli, Surd. *dict. conſil. 62. num. 9.* Bertrand. *dict. conſ. 41. num. 26. & dict. conſil. 181. num. 3.*

Quando autem Conſuetudo adeſt, ut Populus reficiat Eccleſiam, tunc ab hoc onere liberatur Rector ſive Curiatus Parochialis, Abb. *in dict. c. 1. extra de Eccleſ. ædific.* Speculat. *Tit. de Eccleſ. ædificand.* Bertrand. *dict. conſil. 41. num. 26. libr. 4.* Surd. *dict. conſil. 62. nu. 16. & 19.*

18. Poſtremò & illud hîc notandum, quod Cives de Univerſitate ſinguli Collectis gravari non debẽt inviti, ſi ipſa Univerſitas communem ſua in burſa pecuniam, aut nomina certa habeat, neceſſitati, vel utilitati publicæ ſufficienti, Natta *conſ. 150. n. 1.* Cavalcan. *Deciſ. 68. nu. 1. & ſeqq.* Loſæ. *de jure Univerſitatis part. 3. c. 9. nu. 9.*

19. Quod ſi deſit communis pecunia, ut in ipſa burſa, ſive arca: ſic & obligatione debitorum, & Cives Collationẽ, quam ipſa communis exigit neceſſitas, ſubire recuſent, à Superiore ad Collationem cogi poſſunt, *per l. 2, §. viarum, 22. ff. Ne quid in loco public. junct. l. 1, §. Quod ſi nemo, ff. Quod cujusq; Univerſit. nom.* Marc. Ant. *de* Amatis *Deciſ. 130. n. 6.* Guido Pap. *Deciſ. Gratiano, ol. 631. nu. 5.* Florez. *dict. Quæſt. 21. n. 14.* Andr. Gayl.

Gayl. *l. de Arreſt. c. 9. n. 19.* Loſæ. *de jure Vniverſit. dict. c. 9. n. 6.* Gratian. *Deciſ. 217. nu. 2.* Quinetiam 20.
pars hominum de Univerſitate major ad Collectæ neceſſariæ ſolutionẽ cogere poteſt partem minorem *arg. l. Nulli. 3. & l. ſeq. ff. Quod cuiuſq. Vniverſ. nom.* Guido Pap. *dict. Deciſ. 631. nu. 7. verſ. ſed juxta.* Gratian. *dict. Deciſ. 217. nu. 4.*

Caput. VI.

De ordinariis & extraordinariis Collectis.

Summaria.

1. *Secunda Diſtinctio Collectarum in ordinarias, & extraordinarias Collectas.*
2. *Collecta ordinaria ſpecialiter dicitur Indictio, itẽ Canonica Cõtributio, quaſi regularis, & uſitata.*
3. *Collecta extraordinaria appellatur extraordinaria Indictio, & Superindictum.*
4. *Quid propriè Superindictum.*
5. *Ordinaria & extraordinaria Collecta quæ ſit, variant* Dd.
6. *Ordinaria Collecta, ſive Contributio quæ ſit.*
7. *Extraordinaria Collecta, ſive Cõtributio quæ ſit.*
8. *Genera Contributionis ſive Collectæ ordinariæ ſunt duo: Vnum quod in re, & tempore certam & definitam habet præſtationem; Alterum quod neceßitatis tempore, vel publicæ utili-*

utilitatis cauſa, non certo, & definito tempore Lege publica indicitur.

9. *Prioris generis Collecta eſt Contributio Imperialis* zu Underhaltung deß Reichs-Regiments vnd Cammer-Gerichts.

10. *Collecta annua Municipalis eſt ordinaria Collecta prioris generis.*

11. *Exempla Collectæ ordinariæ poſterioris generis.*

12. *Extraordinaria Collecta fieri poteſt ordinaria.*

13. *Turcicæ Collectæ an ordinariæ vel extraordinariæ ſint?* Quæſtio controverſa.

14. De iſthac Quæſtione Geylii Diſtinctio.

15. Autoris ſententia de hac Quæſtione.

16. Reſpondetur ad objectionem *ex l. 12. ff. de munerib. & honor.* petitam.

17. *Viarum munitiones plerunq; ſunt non perſonæ; ſed locorū: Interdum tamen ſunt perſonales.*

18. *Qui à viarum munitione excuſentur, vel non.*

19. *Ordinaria Collecta quæ ſit.*

20. *Exempla extraordinariæ Cōtributionis quæ ſint.*

21. *Pro emptione Caſtri, ſeu Territorii novi impoſita Collecta quando ſit juſta.*

22. *Pro redemptione Domini captivi juſta imponitur Collecta.*

23. *Ob ſolvendum æs alienum ex neceſſaria cauſa contractum, imperari Collecta poteſt.*

24. Quæſtio: *An Princeps pro elocanda, & dotanda Filia ſua collectare Subditos poſſit.*

25. *Propter publicam utilitatem privatis Bona ipſorum auferri poſſunt.*

26. Ob

26. *Ob publicam utilitatem poteſt Princeps Subditis damna; & injuriam illatam remittere.*
27. *Pro conſervanda Pace publica poteſt Princeps Bona Subditis auferre, & aliis concedere.*
28. *Tempore Belli poteſt Princeps Vaſallo adimere Feudum, & eo contra hoſtem uti.*
29. *Magiſtratus cogere poteſt Subditos magnam frumenti copiam habentes; ut illud pro tolerabili pretio vendant.*
30. *Favor publicæ utilitatis facit, ut etiam ea; quæ publicè utilia ſunt, includantur his, quæ Lege prohibentur.*
31. *Ius collectandi per ſe odioſum eſt.*
32. *Collectæ indicuntur publicæ utilitatis cauſa.*
33. *Dotibus instructas eſſe Mulieres publicè intereſt.*
34. *Dotis cauſa connumeratur Cauſis piis.*
36. *Dotis cauſa meretur favorem.*
37. *Collectæ Subditis imponi poſſunt pro extruendis, & reficiendis muris.*
37. *Frater tenetur Sorori ſuæ germanæ conſtituere dotem.*
38. *Princeps collectare poteſt Vaſallos ſuos etiam non Subditos.*
39. *Quod Princeps pro elocanda Filia ſua collectare poſſit Subditos*, Doctores communiter ſentiunt; *& nu. 61.*
40. *Plus juris competit Principi in Subditos, quam Feudi Domino in Vaſallos.*
41. Communis eſt Dd. Concluſio, *Principem*

poſſe

poſſe Collectas imponere Subditis pro elocanda Filia.

42. Rationes, quibus convincitur, quod Principes ſuos collectare Subditos pro elocanda Filia non poſſint, proponuntur aliquot.

43. Quod jura non diſponunt, temerè affirmandum non eſt.

44. Pro imagine, & ſtatua Principis erigenda, Collectas Subditis imponi jura vetant.

45. Domini prohibentur colonis ſuis innovationem inferre.

46. Duplici onere non debet quisquam gravari.

47. Semel decimatus non debet amplius decimari.

48. Nova vectigalia inſtitui non poſſunt.

49. Ius collectandi per ſe odioſum eſt.

50. Principatus ad meram Subditorum utilitatem, non ad Principum commodum inventus eſt.

51. Princeps quisq; Subditis ſuis tanquam Filiis Theſauros quærere jubetur.

52. Collectandi jus competit Principi vel Regalium virtute, vel Conventionis jure, vel vi ſpecialis Conſuetudinis.

53. Collectæ Regalium virtute Subditis imponi non poſſunt, niſi id publica exigat utilitas, vel neceſſitas.

54. Princeps antequam Subditos Collectis gravet, proprias vires tentare, & de ſuo marſupio expendere pecunias debet.

55. Princeps probare tenetur Conventionem, vel Conſue-

Conſuetudinem, cujus vi Collectas Subditis imponere intendit.

56. *Poteſt Princeps pro elocanda Filia Subditos collectare ſuos, ſi ipſius Camera propria ſit tenuis, & ſumptibus exhauſta.*

57. Reſpondetur ad Argumenta, quibus oſtenditur, *quod Princeps regulariter pro elocanda Filia ſua Collectas Subditis imponere poſſit.*

58. Reprobatur eorum opinio, qui ſentiunt, *quod Princeps Feudi Dominus, pro Filia elocanda, Vaſallis ſuis Collectam imponere poſſit.*

59. Quo ſenſu accipiendi ſint Dd. qui affirmant, *quod Princeps pro elocanda Filia ſua Collectas imponere Subditis poſſit.*

60. Mynſingeri opinio rejicitur, exiſtimantis *ex generali Conſuetudine Germaniæ Principes poſſe Subditos pro dotanda Filia Collectis gravare.*

61. Quæſtio: *An Princeps pro uxorando Filio Collectas Subditis imponere poſſit?*

62. Quæſtio: *An Conſuetudo, vel Conventio de jure collectandi Subditos pro elocanda Filia, extendi poſſit ad omnes Filias, non de primogenita ſolum exaudiri debeat?*

63. Quæſtio: *An Princeps vi Conventionis vel Conſuetudinis ejusdem Subditos ſuos collectare poſſit pro ſecundis Filiæ Nuptiis.*

64. Quæſtio: *An Princeps ad Filiam ſpuriã elocandam Subditis ſuis Collectam imponere poſſit.*

65. Quæ-

65. Quæſtio: *An mortuo Principe ipſius Filius ſucceſſor pro elocanda Sorore Subditos collectare queat?*

66. Quæſtio: *An defuncto Principe, ejus Filia, quæ in Principatu ſucceſſit Patri, pro ſe maritanda Subditis imperare Collectam poſſit?*

67. *An Nobiles Subditis ſuis imponere Collectas poſſint pro ſuis Filiabus elocandis?*

68. *Quantum conferre teneantur Subditi ad dotandas Domini ſui Filias.*

69. *Collecta pro elocandis Filiabus Principis indicta, num ordinaria, vel extraordinaria ſit,* quæritur?

1. SEcundò diſtinguuntur Collectæ in ordinarias & extraordinarias. *l Omnes 5. C de annonis & Tributis, l. 1. in fin. C. de indiction. l. ult. C. de Munerib. patrimoniorum lib. 10. & l. 1. C. de Privi-*
2. *legiis domus Auguſtæ, lib. 11.* Illa ſpecialiter indictio appellatur, *dict. Tit. Cod. de indict.* Item canonica Contributio, *l. Placet 8. C de excuſat. munerum lib. 10.* quaſi regularis, & uſitata.
3. Hæc autem vocatur extraordinaria Indictio, *d. l. ult. C. de munerib. patrimonior.* Appellatur quoque Superindictum. *Tit. C. de Superindict. lib. 10.* Ubi gl. Bart. & Joan. de Platea, *in Rubr.* Caſtrenſis *in l. Placet, 5. num. 4.* & Jaſ *num. 9. C. de SS. Eccleſ* item Superindictio, *l. 1. C. de privi-*
4. *legio domus Auguſtæ. lib. 11.* At propriè Superindictum dicitur illa extraordinaria Contributio,

ſtio, quę ordinariæ Indictioni ex poſt facto adjicitur ut arguit Textus. *in d. l. placet 5. ibi, extraordinarium ſuperindictumvè C. de SS. Eccleſ.* & ibi docet Petr. Gilken: *num. 41.* unde appellatur Onus novum *in d. l. un. C. de Privilegiis corporatorum. lib. eod.* Quæ autem ordinaria ſit Collecta ſive Contributio, quæ item extraordinaria, explicatu difficile apparet: cum alii aliter hanc & illam definiant, ut oſtendit Ægidius Thomatus *Tractat. de Munerib. patrimonialib. ſive Collectis, §. 2. Exactio, num. 29. pag. 44. & ſeqq.* 5.

Ordinariam Contributionem definio, quæ juris diſpoſitione, puta lege publica in caſus certos ſolenniter conſtituta eſt, & regulariter poſſeſſores prædiorum gravat omnes; *l. un. C. de vacat. public. mun. d. l. omnes 4. C. de annonis & Tributis libr. 10. l. Ab his 10. in prin. ff. de vacation. & excuſat. muner. l. un. in fin. C. de Privilegiis corporator. libr. 11. Vulgò* Beeth. Extraordinariam eſſe dico illam, quæ in repentinos caſus ex improviſo à Magiſtratu indici ſolet, ut volũt Dd. quos refert & ſequitur Sixtin. *de Regalib. libr. 2. cap. 14. numer. 12.* à qua Privilegiati regulariter immunes ſunt, *l. Hi qui, 6. l. in honorib. 8. §. Qui muneris 3. ff. de vacat. & excuſat. muner. Vulgò* Schatzung. 6. 7.

Atq; hoc modo definiendam eſſe utramque Contributionem, ſentire quoque videtur Ægid. Thomat. *Tractat. de Munerib. patrimo-*

nialib. ſive Collectis §. *Exactio, 2. numer. 21. & 22. pag. 44. & ſeqq.* Petr. Heig. *Quæſt. 17. num. 38. part. 1.* & Adſeſſor Cameralis *Tom. 2. votor.* Cameræ Imperialis *part. 2. voto 15. num. 14. & ſeqq.* tum etiam quos ſequitur Reg. Sixtin. *dicto loco.*

8. Genera autem Contributionis ſive Collectæ ordinariæ ſunt duo: unum, quod in re & tempore certam & definitam habet preſtationem: alterum, quod neceſſitatis tempore, vel publicæ utilitatis cauſa non certo & definito tẽpore Lege publica ſive à Principe indicitur, Adſeſſor Cameralis, *dict. voto 15. num. 15. & 16.* ſequutus Antibolum, *Tractat. de munerib.* §. 5. *diverſarum Quæſtionũ.*

9. Prioris generis Collecta eſt Contributio Imperialis zu Underhaltung deß Reichs-Regiments / vnnd Cammer-Gerichts / Adſeſſor Cameralis *dict. voto 15. num. 15.* Cum in Matricula Imperii, certa harum Collectarum ſumma Imperii Statibus ſit adſignata, Reichs-Abſchid zu Speyer *de Anno 1544.* zu Augſpurg *de Anno 1548.* item *1557.* ut & *1576.* tum etiam *1582.* zu Regenſpurg / *de Anno 1566. & 1594.* Thomas Michaelis *de juriſdict. Theſi. 11.*

10. Hujus quoq; generis eſt Collecta annua Municipalis der Stätten Steur / Adſeſſor Cameralis *dict. voto 15. num. 15.*

11. Poſterioris generis ordinariæ Contributionis ſive Collectæ eſt Contributio illa, quæ ad inſtructionem, & reparationem murorum,

rum, viarum publicarum pontium, ſtratarum, turrium &c. indicitur, *l. 4. C. de Privilegiis domus Auguſtæ, libr. 11. l. Ad inſtructiones 7. C. de SS. Eccleſ. l. 1. l. Ad portus 7. l. Omnes 12. & l. Turres 18. C. de operib. public. l. Cui muneris 12. & l. Honor 14. §. viarum 2. ff. de munerib. & honorib.* vulgò Bawgelt. Atque hæc Collecta etiam extra ordinem imponi dicitur *in d. l. cui muneris 12. ff. d. T.* eò quod vel perſonis indicta fuit, vel quod non habet perpetuam præſtationem, nec ſingulis annis recurrit.

Eſt & illud hic notandum, quòd extraordinaria Contributio interdum ordinaria fieri poteſt, cum ſcilicet publica Lege poſtmodum indicitur, *d. l. 1. C. de Indictionib. lib. 10.* Chaſſanæ. *in Conſuetud. Burg. Rubr. 1. Des Iuſtices, §. 4. in verb. Indire & impoſer. n. 44.* Gayl. *lib. 2. Oſerv. pract. Obſervat. 52. nu. 8. & 9.* Petr. Greg. *lib. 3. Syntagm. cap. 7. nu. ...er. 2.* Franciſc. de Claperiis *in Centur. Cauſar. fiſcal. cauſ. 42. Quæſt. 1. nu. 32.* Quinetiam non deſunt, qui exiſtimant, hodie omnem Collationem ordinariæ Collationis naturam ſapere, & patrimonialibus aggregandam eſſe Collectam etiam eam, quæ præter morem pro utilitate & neceſſitate publica, per Legem, ſive Principem indicitur. Ita ſentiunt, quos refert, & ſequitur Petr. Heig. *dict. Quæſt. 17. num. 31. 32. 33. 34. 35. & 36. part. 1.* Quorum ſententiæ ſubſcribo, quò ad ſecun- 12.

13. dum ordinariæ Collectæ genus. Sed Quæſtionis eſt dubiæ, num Collectæ Imperiales Turcicę ordinariis vel extraordinariis connumerari Collectis debeant? Modeſtinus Piſtoris, *conſil. 4. num. 13.* Petr. Heig. *dict. Quæſt. 17. n. 30. & ſeq.* Adſeſſor Cameralis, *dict. Tomo 2. part. 2. votor. Cameræ Imperialis* per Andrian. Gylmannum *collectorum voto 15. numer. 16. & in Syntagmat. 2. Deciſ. Camer.* per Joan. Tilman. de Benign. *Deciſ. 1. vot. 5. num. 11.* ordinariis Contributionibus illas adponunt. Non diſſentit ab iis Petr. Gilken. *in l. Iubemus 10. num. 19. verſ. Vnde ſi hujusmodi Contributiones, C. de ſacr. S. Eccleſ.* Neque alienus ab hac videtur eſſe ſententia Petr. Ant. de Petr. *de poteſt. Princip. cap. 4. n. 78. 84. & ſeq.* quem allegat Bernhard. Græve. *lib. 2. practic. Concluſ. 53. num. 4. & 5.* Horum opinio nititur illo fundamento, quod hę Collectæ Receſſibus Imperii, ut publicis Conſtitutionibus imponi ſolent, qui Receſſus in Romano Imperio vim Legis, & Conſtitutionis habent.

Contrariam opinionem amplectitur Reg. Sixtin. *Tractat. de Regalib. lib. 2. cap. 14. nu. 12. verſ. Neque obſtat, ſi dicamus.* Henric. à Roſenthal. *Tract. Feudal. cap. 5. Concluſ. 83. num. 6.* & Alex. Raud. *Tract. de analog. cap. 40. num. 58.* Ubi ſcribit, olim fuiſſe & hodie eſſe extraordinarium illud, quod imponitur Autoritate

Impe-

Digitized by Google

Imperatoris propter imminentem neceſſitatem. Auxiliatur autem opinioni huic Definitio ordinariæ & extraordinariæ Collectæ vulgò tradita. Ordinariam Contributionem definiunt Dd. quæ à Lege certam quotannis recurrentem, ſtatutam, ſive regularem habet præſtationem. Extraordinariam dicunt eſſe Collectam, quæ certam annuam, ſolitamque præſtationem non habet, ſed propter occurrentem neceſſitatem publicam interdum imponitur. Andr. Gayl. *lib. 2. Obſervat. Practic. Obſervat. 53. numer. 9 10. & ſeqq.* Petrus Fridericus Mindanus, *lib. 2. de Mandatis, cap. 44. numer. 3. & 6.* Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feudali, cap. 5. Concluſ. 73. num. 3. 4. 5. & 6.* ubi diſertè & expreſsè Collectas Imperii ordinariis Contributionibus connumerat.

Cæterum Andr. Gayl. *dict. lib. 2. Obſervat. 53. num. 1. 2. & 4.* diſpiciendum putat, num Imperator, & Status Imperii ſimpliciter Collectam Turcicam exigi, & præſtari jubeant: An verò nominatim eam præcipiant exigi à Subditis, ubi domicilium habent: ut poſteriori caſu extraordinaria ſit Contributio; caſu verò priori Contributio ordinaria, quarum hæc non ſolum à Subditis, Incolis, & Municipibus, ſed à Forenſibus quoq;, ſive extraneis exigi poſſit. Illa verò extraordinaria, ſcil. Collecta Turcica ſolis Subditis, Incolis, & Municipibus imponi poſſit. 14.

15. Verum enim verò quocunq; modo imperatur Imperialis Collecta etiam Turcica, ordinariam eſſe eam judico: quippe cum Lege Imperii, puta Receſſibus Imperii, indicatur.

Iſthæc autem opinionum diverſitas inde nata videtur, quod plerique extraordinariam vocant & eam Collectam, quę ſecundum aliorum probabiliorem ſententiam ordinaria eſt Collecta ſecundi generis. Verum quando hujus quoque generis Collecta à Lege ſolenniter imponitur, ordinaria, non extraordinaria dicenda erit, *per d. l. Omnes omnino 5. C. de annonis & Tribut. d. l. 1. ibi, hac apertè Definitione decernimus, C. de Indict. d. l. un. C. de vacatione publici muneris lib. 10.* Imperialis autem Collecta, etiam Turcica, Receſſibus Imperii, atq; ita Lege publica indicitur. Quocirca ordinaria non extraordinaria eſt Collecta.

16. Non obſtat, quod munus ſive onus muniendæ viæ, quod ordinariis ſecundi generis Collectis adpoſui, quibus etiam illud connumerat Ægid. Thomatus *Tractat. de Collectis, §. Exacto, 2. num. 25. pag. 57.* Javolenus Ictus *in l. Cui muneris 12. ff. de munerib. & honorib.* extra ordinem imponi dicit, Id, inquam, non obſtat. Javoleni etenim ſententia exaudienda eſt de viæ munitione, quæ perſonis indicitur, non quæ indicitur ipſis prædiis.

17. Viarum munitiones regulariter non perſonæ,

ſonæ, ſed locorum ſunt munera, *l. Honor 14. §. 2. ff. d. t.* Quandoque tamen ſunt perſonalia munera, ut quæ principaliter ipſis imperantur perſonis, ut illæ ſuis corporibus, & labore iſta expediãt munera *d. l. 1. §. 2. & 3. ff. d. T.* De munitione autem viarum perſonali exaudiẽdus eſt Javolenus Ictus *in dict. l. Cui muneris 12. ff. eod. Tit.* ut *ibidem* arguunt verba hæc: Ab hujuſmodi perſona exigenda non ſunt. Quando 18.
perſonale munus eſt viarum munitio, excuſantur ab eo, quibus publici muneris immunitas data eſt, ut *eadem Lege* Ictus Javolenus docet. At quando patrimonii, ſive reale munus eſt, tunc ab eo excuſationem nulli Tribuit ejus Privilegium, niſi principali beneficio excuſatio ipſi nominatim ſit conceſſa, *l. ſunt munera 11. ff. de vacation. & excuſat. muner.*

Ordinaria Contributio ſive Collecta ex 19.
eadem prædicta ratione eſt etiam ea Imperialis Collecta, quæ ad habendam promptam defenſionem contra hoſtis irruptionem & invaſionem etiam incertam Receſſibus Imperii indicitur; cujuſmodi Collecta appellatur Beracht in Receſſibus Imperii Auguſtanis *de Anno 1548.* §. Ferner haben wir auß. *& de Anno 1551.* §. So haben wir / *& §. ſeq.* tum etiam Receſſu Ratisbonenſi *de Anno 1576.* §. Im ſelben ꝛc.

Cæterum extraordinariæ Contributio- 20.

 nis ex-

onis exempla ſunt, quæ ſequuntur. Primò hujuſmodi Collecta eſt, quę ob emptionem novi
21. Caſtri ſeu Territorii imponitur: quæ Collecta indici poteſt, ſi ad fugandos & arcēdos hoſtes commodum ſit Caſtrum illud, ſeu Territoriū: cum alias pro juſta Collecta haberi non poſſit, Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mandat. cap. 44. num. 11. verſ. Quidem quintum*, & Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 76. num. 7. & ſeqq.*

22. Secundò hujus generis Collecta eſt, quę pro Domini captivi redemptione imperatur, eaque pia, & juſta eſt Collecta, *arg. Tit. 24. Quæ fuit prima cauſa Beneficii amitt. §. Item ſi delator, verſ. vel ſi cognoverit Dominum incluſum, Tit. 26. ſi de Feudo defuncti contentio ſit inter Dominum, & agnatos, §. Licet Vaſallus, lib. 2. Feudor.* Petr. Frider. Mindan. *dict. lib. 2. de Mandat. cap. 44. num. 10.* Rutger. Ruland. *Tract. de Commiſſionib. part. 4. lib. 2. cap. 6. num. 27.* Maximè ſi Dominus pugnando pro Patria captus ſit, & ex ſuo ſe redimere nequeat, Henric. à Roſenthal. *dict. cap. 5. Concluſ. 76. numer. 6. & in addit. ſub liter. I.*

23. Eſt quoque hujus generis Collecta, quæ indicitur ob æs alienum, quo Provincia, aut Civitas aliqua laborat: modò ex neceſſaria cauſa proveniat illud debitum, Uueſembec. *conſil. 45. num. 4.* Petr. Frider. Mindan. *dict. cap. 44.*

cap. 44. numer. 10. Etſi enim quod Provincia, aut Civitas debet, ſinguli non debeant Subditi, aut Cives, *l. ſicut*, 7. §. 1. ubi Bart. & alii *ff. Quod cujusque Univerſitatis nomine*, Bald. *ad. l.* 1. §. *Quod ſi nemo*, 2. *ff*, *d t.* Dec. *in l. Civitas.* 27. *n.* 16. *verſ. Et vera reſolutio*, ubi Bald. & Ang. *ff. de reb. credit.* Attamen quando ærarium, & Reditus publici non ſufficiunt æri alieno ſolvendo, tūc Magiſtratus, Collectâ indicta, ut in commune tantum conferant, quo æs alienum ſolvi queat, Subditos & Cives cogere poteſt, Bart. *ad d. l.* 1. §. *Quod ſi nemo, ff. Quod. cujusque Univerſitat. nom.* & *ad l. ſi ſe non obtulit*, 4. §. *Actor.* 2. *numer.* 1. & *ibi* Jaſ. *ff. de re jud.* Bald. *in l.* 1 *nu.* 2. *ff. Ne Filius pro Patre*, Henning. Gœd. *conſil.* 34. *num.* 29. & Hartman. Piſtor. *lib.* 1. *Quaſt. jur. Quaſt.* 37. *num.* 6.

Non eſt omittenda hoc loco elegans illa & frequens juris Quæſtio: An Princeps pro maritanda, elocanda, & dotanda Filia ſua Collectam Subditis imperare poſſit; & ſi hæc ei poteſtas competat, num iſthæc Collecta ordinaria ſit, vel extraordinaria? De priore Quæſtionis hujus parte Autorum differentia repeṙiuntur vota; nec immeritò, cum & ajens, & negans Concluſio ſpecioſis munita ſit rationibus. Ajenti ſententiæ patrocinium præſtat cum primis hoc Argumentum: Publicæ utilitatis ratio ſemper eſt ducenda potior etiam cū 24.

25. aliquo privatorum incommodo; Eſt enim per manus traditum, propter publicam utilitatem etiam privatorum Bona ipſis auferri poſſe, *l. Item ſi verberatum, 16. §. 1. & 2. ff. de rei vindicat. l. Lucius 11. ff. de evict. l. ult. §. ult. ff. de pignoratit. act.* per quem textum notat Bart. *ibidem*, quod propter publicam utilitatem res privatorum Officialis capere poſſit: & tradunt idem latè Dd. *in l. ult. C. ſi contra jus. vel utilitatē public.* & *in*
26. *c. Quæ in Eccleſiar. 10, extra. de Conſtitut.* Hinc publicæ tranquilitatis causâ poteſt Dominus ſuperior injurias & damna Subditis illata etiam hiſce invitis remittere, ut docet Bart. *in l. 1. C. ſi contra jus vel utilit. public.* Bald. *in l. Benè à Zenone, 3. num. 2. C. de quadrien. Præſcript.* Ang. *in l. Conventionum 5. ff. de pact.* Jaſ. *in l. Venia 2.*
27. *num. 14. & 15. C. de in jus vocand.* Pro Pace item publica conſervanda poſſunt Subditis per Magiſtratum Bona auferri, & aliis concedi, per Bart. *in l. Quæcunque 5. in fin. C. de fide & jure haſtæ Fiſcalis lib. 10.* Jaſ. *in d. l. 2. num. ult. C. de in jus vocand.* Ang. *in d. l. Benè à Zenone, 3. C. de quadrien. Præſcript.* Alex. *conſil. 94. nu.*
28. *18. vol. 5.* Capitius *Deciſ. 69 num. 5.* Ex eodem fonte promanat & illud, quod Dominus tempore Belli Vaſallo etiam invito auferre Feudum poteſt, ut eo munito contra hoſtes uti queat, ut diſertè docet Bald. *in l. ſi ita, 16. §. Dominus, ff. de uſu & habitat. & in l. ſi in aliam*

in fin. ff. de Offic. Proconſul. & Legati. Matth. d. Afflict. *in Titul.* 8. §. *Rei autem, verſ. Quid ergo, ff. de inveſtit. de re aliena fact.* & alii in hanc ſententiam adducti à Roland. à Vall. *conſil.* 96. *in prin.* quos ſequitur etiam Hartmannus Piſtor. *Quæſt.* 25. *libr.* 3.

Ex eadem ratione & illud deſcendit, 29.
quod Magiſtratus Civitatis alicujus ingraveſcente annona, Cives, qui magnam frumenti copiam habent, cogere poteſt, ut de ea precio tolerabili & juſto egentibus vendant, ſicuti probatur per Text. *in l. ſi pendentes,* 27. §. *ſi quid.* 3. *ff. de uſufruct. & in l.* 1. §. *Cum carnis, ff. de Offic. Præfect. Vrbi, & l.* 1. *C. de Epiſcopal. audient.* & *in l. fin. ff. ad l. Iuliam. de annon.* & docet Raman. *in l.* 2. *verſ.* 14. *ff. ſolut. Matrim.* Et deniq; tantus eſt favor publicæ uti- 30.
litatis, ut etiam ea, quæ publicè utilia ſunt, includantur his, quæ Lege prohibentur, *l. ſi quis in gravi,* 3. §. *utrumque & §. ſeq. ff. de Senatuſconſ. Silanian.* & *l. Hoc modo l.* 4. *ff. de condict. & demonſtrat.* & docent Jaſ. *in l. cætera,* 41. §. *ſed etſi quis, n.* 1. *ff. de legat.* 1. quem ſequitur Zaſ. *ibidem, & conſil.* 1. *n.* 23. *vol.* 2.

Quamvis ergo collectandi jus per ſe o- 31.
dioſum ſit, *per l.* 1. *C. Ne quis invitus. libr.* 11. & *l.* 2. *C. Vectigalia nova inſtitui non poſſ.* Tiraquel. *Tract. de retract. lignag.* §. 15. *Gl.* 1. *nu.* 12. & Johan. Koppen. *Illuſtr. Quæſtio. Deciſ.* 32. *numer.* 3.

Herman.

32. Herman. Vultej. *conſil. 35. num. 151. vol. 3. conſil. Marpurgenſ.* publicæ tamen utilitatis cauſa indici poſſunt Collectæ, Bald. *in l. jubemus nullam 10. notab. 1. & 2. C. de SS. Eccleſ.* & Dd. *in l. ſi ex toto, 8. in prin. ff. de legat. 1.* Felin. *in c. Nonnulli, col. 21. num. 16. verſ. Ad evitandos, extr. de reſcript.* Hartman. Piſtor. *Quæſt. 25. num. 23. lib. 3.*

33. Reipublicæ autem intereſt, Mulieres dotibus inſtructas eſſe, propter quas nubere poſſunt, ut tradit Paulus Juriſcon. *in l. 2. d. jure*
34. *dot.* Accedit, quod dotis cauſa connumeratur cauſis piis, *in l. cum is 35. §. Mulier, 2. ff. de condict. in deb.* Et tradunt poſt alios Didac. de Segura *in Repetit. l. 3. §. ult. ff. de liber. & poſt. num. 75. verſ. Secundò quia talis promiſſio,* & Regner. Sixtin. *conſil. 12. n. 28. vol. 2. conſil. Marpur-*
35. *genſ.* Ac favorem meretur dotis cauſa, *l. ſi dotare 12. C. ad Senatuſconſ. Vellejan.* Unde in ambiguis pro dote reſpondere melius eſſe dicit Paulus Juriſcon. *in l. In ambiguis, 70. ff. de jure dot.* & *l. In ambiguis 85. in prin. ff. de Reg. jur.* Et dotium favore quam plurima contra juris communis Regulas permiſſa & conſtituta ſunt, *l. un. C. de rei uxor. act. l. 1. l. Ad exactionem 6. C. de dotis promiſſ. l. Aſſiduis, C. Qui pot. in pignor. Sab. § Fuerat, Inſtit. de Act.* Quocirca pro maritanda Filia poteſt Princeps Collectam Subditis imponere, licet extra cauſam utilitatis Princeps Subditos ſuos Collectis onerare prohibeatur.

Hanc

Hanc ſententiam ſuadet magnoperè & 36.
hæc ratio; quod Collectarum onus pro extruendis & reficiendis muris imponi Subditis poteſt, *l. Omnes Provinciarum 12. C. de operib. public.* Ut & pro inſtructione itinerum, ſtratarum & pontium, *l. Ad instructiones 7. C. de SS. Eccleſ. & l. 4. C. de Privilegio Domus Auguſtæ, lib. 11.* Cur ergo non æquè, vel multò magis pro elocanda & dotanda Principis Filia Subditis imperari poſſet Collecta? Quippe cùm dotatas eſſe Fœminas ad Sobolem procreandam, replendumque Liberis Orbem Romanum maximè ſit neceſſarium, ut tradit Pompon. Juriſconſul. *in l. 1. ff. ſoluto Matrim.*

Tertio confert eodem, quod etiam Fra- 37.
ter Sorori ſuæ germanæ dotem conſtituere tenetur, *per Text. in l. Cùm plures 12. §. Cum Tutor. verſ. ſed non dabit dotem, ff. de adminiſtr. & peric. Tutor. junct. l. pen. ff. de agnoſc. & alend. Liber.* Duar. *ad Tit. ff. ſolut. Matrim. Rubr. de dotib. cap 3.* Jacob. Buttigar. *Tract de dote, num. 2.* Odofred. *Tractat. eod. num. 3.* Sichard. *in l. ult. num. 28. C. de dotis promiſſ.* Hotoman. *Tractat. de dotib. n. 38.* atque hæc eſt communis Dd. Concluſio, Emanuel Searez *in Theſauro recept. ſentent. in lit. D. numer. 350.* Michael Graſſus *lib. 1. commun. opin. cap. 6. Quæſt. 5.*

Æquum ergo multò magis videri debet, ne Subditi in elocanda & dotanda Principis

Filiæ

Filia ipſi Principi ſubſidium denegent: quippè cum non modò ſubjectionis jure, & præſtiti homagii cauſa arctiſſimè ei ſint obligati; ſed & defenſionem & incolumitatem corporis, & Bonorum ſuorum ipſi acceptum meritò referant. Ejuſmodi verò Obligationis vinculo Frater ſuę Sorori obſtrictus non ſit.

38. Quartò huic Pronunciato robur addere videtur & illud, quod Princeps ſuos quoque Vaſallos utilitatis publicæ cauſa ex quorundã ſententia collectare poteſt; licet illi non ſint ejus Subditi, ut ſentit Ægid. Thomat. *Tractat. de Collectis. §. Exactis Eccleſiaſticis Perſonis, nu. 19. pag.*

39. *343.* Et in ſpecie quod poſſit Princeps pro elocanda, & dotanda Filia Collectam Vaſallis imponere tradit Speculat. *lib. 4. Rubr. de Feud. cap. de homagiis & fidelitatibus: num. 67.* & eum ſequuti plures alii, inter quos Zaſ. *Tractat. Feud. part. 7. numer. 50.* Guido Papa. *Quæſt. 57.* & Jacobin. de S. Georgio. *Tractat. de Feudis in verb. Qui quidem inveſtiti, num. 76.*

Quocirca non deneganda videtur Principi poteſtas collectandi Subditos pro elocãda & dotanda Filia, cum dotis cauſa publica ſit, & pia, ut *antea* oſtenſum eſt, ac plus juris

40. Principi in Subditos competat, quam Feudi Domino in Vaſallos, quos ſibi non habet ſubjectos, cum jus Vaſallagii non tribuat ſubjectionem, *c. cæterum extra de judic.* & *Clement. Paſtoralis,*

Paſtoralis, Tit. de ſentent. & re judic. Quibus ex locis intelligitur, quod plus ſit Subditum aliquem eſſe, quam Vaſallum Hic Feudi tantum reſpectu recognoſcit Dominum: ille verò ſubjectionis onus ſuſtinet. Vaſallus certis tantum ſervitiorum alligatus eſt oneribus: In Subditos autem Principis poteſtas multò laxior eſt. Natta *conſ.313.n. 4. conſ.445.n.9.l.2.* Heig. *Quæſt. 18.num.5 part. 1.*

Poſtremò jus collectandi Subditos pro elocanda Filia competere Principi, communiter Dd. noſtros ſentire ſcribit, Laurēt. Kircho. *cent. 5. commun opinion. Concluſ.77.* Et hanc ajentem opinionem comprobare videtur Matth. Steph. *de juriſdict. lib.2. part.1. cap.7. nu. 462.* Adprobat eandem Joannes Köppen. *Deciſ. 32.* & Petr. Frider, Mindan. *lib. 2. de Mandat. judic. cap. 45. num. 6.* quem hoc ſenſu intelligit quoque Rutgerus Rulant. *Tractat. de Commiſſariis part. 4.l.2.c.6.n.22.* Mynſing. quoq; *cent. 5. Obſervat. 21. in fin.* teſtatur, quod in Germania ex communi Principum uſu paſſim hæc ſententia obtineat. Idem tradit Fridericus Huſanus, *Tractat. de hominib. propriis, cap 6.n.38.* Et hunc notorium eſſe Germaniæ uſum ſentit Uuatemundus de Erenberg. *lib. de Regni ſubſidiis, ac oneribus Subditorum. cap.4.num.13.* 41.

Cæterum neganti opinioni fundamenta poni poſſunt ſequentia. Primū illud eſto. Jure 42.

noſtro

Digitized by Google

noſtro nuſquam reperitur cautum, quod Princeps Subditis ſuis pro elocanda Filia Collectam imponere poſſit. Quocirca temerè
43. illud aſſeverandum non eſt, *l. Diſſentientis, 5. ibi, nulla juris præcipit Conſtitutio, C. de repudiis l. illam 19. ibi, Eò, quod nulla Conſtitutio poſita eſſet; de Collationib. Novell. 2. cap. 3. verſ. ſicut enim; ibi, Nec qualibet eſt Lex tale aliquid dicens, & Novel. 18. cap. 5. in prin.* Adjungi ſecundò poteſt, & hoc
44. Argumentum: Pro imagine & ſtatua Principis erigenda collectari prohibentur Subditi, *l. 3. C. de ſtatuis & imaginib.* Quapropter nec pro Filia Principis dotanda collectari poſſunt Subditi. Erectio enim ſtatuæ Principis ad immortalem ejus pertinet honorem & gloriam: Dotis verò datio, quæ fit Principis Filiæ, ſpectat ſolum ad ipſius Principis & ejus Filiæ commodum privatum.

45. Fidem Concluſioni tertiò conſtituere poſſumus firmamentum *in l. pen. §. 1. verſ. Caveant autem, C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Ubi Domini poſſeſſionum colonis ſuis innovationem inferre prohibentur.

46. Qartò robur accipit negans opinio ex eo etiam, quod Subditi ultra annuam & conſuetam præſtationem ad nullum aliud onus devocari debent, ne duplici onere graventur, *l. 1. C. Ne ruſticani ad ullum obſequium devocentur, lib. 11. & l. Placet, 8. C. de excuſat. Muner. lib. 10.*

Quo

Quò pertinet, quod dicitur, ſemel decimatum ulterius decimari non debere, Nicol. 47.
Balb. *in conſil. ſuo inter Deciſiones* Cacherani, *poſt. Deciſ. 68. num. 10.* Roland. à Valle, *conſil. 1. n. 21. vol. 2.* Item illud Symmachi, *lib. 5. Epiſtolar. Ordinis functiones onerari geminis incommodis non oportet.*

Quintò idem Pronunciatum vires obti- 48.
net ex comparatione harum Collectarum cũ vectigalibus novis: quæ cum inſtitui jure prohibeantur, *tot. Tit. C. vectigalia nova inſtitui non poſſe*; prohibentur meritò imponi & hæ Collectæ.

Accedit ſextò, quod jus collectandi per 49.
ſe odioſum eſt, ut poſt alios ſentit Joannes Köppen. *Quæſt. 32. num. 3.* ſentit idem Vultej. *conſil. 35. num. 15. vol. 3. conſil. Marpurg.* Quocirca ad caſum de maritando Principis Filiam ſine Lege extendi non debet.

Septimò in confirmationem hujus Enun- 50.
ciati adduci & illud poteſt, quod Principatus ad meram Subditorum, non Principum utilitatem inventus eſt, ut poſt Platonem ſcribit Cic. *lib. 1. de Offic. ibi, omnino,* ait, *qui Reipub. præfuturi ſunt, duo* Platonis *præcepta teneant: Vnum, ut utilitatem civium ſic tueantur, ut, quicquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum ſuorum: Alterum, ut totum corpus Reipublic. curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant.*

ſerant. Vt enim Tutela, ſic procuratio Reipubl. ad utilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Id quod etiam eleganter ſcribit Michael Aguirre *Apologia ſua part. 2. num. 224. ubi, omnes,* ait, *omnino Principatus, Regna, Imperia, Potentatus, ob publicam Civium utilitatem, non etiam Regentium commoda, neque Familia conſervanda cauſa creata ſunt.* Alphonſus quoque Guerrerius *in Theſauro Chriſtiana Religionis, cap. 54. numer. 52. verſ. Item notate, Regnum,* ait *non eſt propter Regem, ſed Rex propter Regnum.* Agnoſcit idem Juſtinianus Imp. *in Novel. 8. in prin. verſ. Per omnem namque curioſitatem, Novel. 46. in prin. Novel. 80. in prin. Novel. 81, in prin. Novel. 86. in prin. Novel. 127. in prin. Novel. 134. in prin,* & hanc in ſententiam Auctores citat varios Ferdinand. Vaſq. *lib. 1. Controverſ. illuſtr. cap. 1. num. 10.* Non ergo poteſt Princeps jura poteſtatis ſuæ in damnum convertere Subditorum, *arg. l. Legata inutiliter, 14. in prin. verſ. Nam pure, ff. de adimend. & transferend. legat. & l. Quod favore 6. C. de Legib.*
51. *c. Ad Apoſtolicam, extra de regularib.* Sed ut communis Pater omnium, more boni Parentis, non ipſos gravare, ſed potius, tanquam Filiis, theſauros eis præparare, in cunctiſque neceſſitatibus Paſtoris vice fovere ipſos debet, *c. Cum Apoſtolus, §. Prohibemus extra de cenſib.* Proindeq; nec eos pro elocanda Filia Collectis onerare debet.

Octavò

Octavò collectandi jus competit Principi vel Regalium virtute, vel vi conventionis cum Subditis initæ, vel Conſuetudinis ſpecialis poteſtate, Ægid. Thomatus: *Tractat. de Collect.* §: *Neſcienter aliquid, numer. 3. & 4. pag. 392. & ſeq.* Jacobin de S. Georgio: *Tract. de Homagiis, num: 33.* Guido Pap. *in Deciſionib. Grationopol: Quæſt. 57: num. 2.* Boer. *Deciſ. 126. n. 4.* Menoch. *de arbitr. jud: lib. 2. Cent. 2. caſu 18': num. 3.* Nicol. Mozz: *Tractat. de Feud. Rubr. de naturalib. Feudor. numer. 6.* Uueſenbe.. *conſil. 45. num. 20.* Jul. Clar: *in §. Feudum; Quæſt. 29.* Petr. Heig: *Quæſt: 18. numer. 17: part. 1.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2: de Mandatis, cap. 44. num. 11. & 12.* Herman. Vultej. *conſil. 35: num. 148. vol. 3: conſil: Marpurg.* Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 77: num: 4.* Joan. Koppen: *Deciſ: 321 numer: 9. & 10.* Regner. Sixtin. *Tract. de Regalib. libr. 2. cap. 14: n. 25. & ſeqq.* & Compilator præjud. Cameral: *in verb: Collectarum exactio, verſ. Dominus collectans.* 52.

Sed Regalium virtute à Subditis Collectæ exigi non poſſunt, niſi exigente publicà utilitate, vel neceſſitate, Ægid. Thomatus: *Tractat: de Collect: dict: §. Neſcienter, num: 3. pag. 392.* Cacheran. *conſil. 31. num. 26.* Molinæ. *Diſputat. 667: num. 1.* Honded: *conſil. 86. num. 8 lib. 1:* Petr. Heig: *dict Quæſt. 18. numer: 6. part. 1.* 53.

Atqui ad elocandam Filiam Collectis

 gravare

gravare Subditos neque publica utilitas, neque neceſſitas publica opulentum cogit Principem. Publicè quidem utile eſt, ſicuti *ſupra* dictum, ut Fœminis dos conſtituatur; Verum Princeps ipſe dives qui eſt, propria pecunia abſq; Collectarum impoſitione dotare Filiam poteſt, ac debet. Antequam enim Princeps Collectas Subditis indicat, ſe præmunire debet, & expendere de proprio marſupio, atque, ſi id non ſufficiat, tum demum Subditos ſuos collectandi jus habet, ita poſt Cyn. Petr. Bald. & alios conſulendo ſcribunt Facultas Juridica Lipſenſis, *conſil. 36. numer. 2. & ſeq. vol. 1. conſil. Germanor.* Uueſenbec. *conſ. 45. num. 16. & ſeqq.* Joannes Schneiduu. *in Epit. Feudal. part. 5. num. 120.* Herman. Vultej. *dict. conſil. 35. num. 142. vol. 3. conſil. Marpurg.*

54.

55. Conventionem cum Subditis initam, & Conſuetudinem quod attinet, ſi eam prætendat Princeps, probare eam tenetur: ſiquidem ut Conventio, ſic & Conſuetudo facti ſit, proindeque probanda, *c. 1. Tit. de Conſtitut. in 6.* Pariſ. *conſil. 25. num. 17.* Burſat. *conſil. 16. num. 34. & 37.* Maſcard. *de Probat. Concluſ. 423. & ſeq. vol. 1.* Andr. Gayl *lib. 1. Obſerv. practic. Obſerv. 36. n. 16.* Quamdiu ergo non probat Princeps eam Conventionem, aut Conſuetudinem, de maritanda Filia, Collectis impoſitis, licet Subditis detrectare Collectarum onus.

Nonò

Nonò hanc ſententiam amplectuntur Jacobin. de S. Georg. *Tractat. de Homag.* Boer. Menoch. Nicol. Mozz. Uueſenbec. Jul. Clar. Petr. Heig. Petr. Frider. Mindan. Henricus à Roſenthal. *ſupra dictis locis*; tum etiam Ferd. Vaſq. *lib. 1. Controverſiar. illuſtr. dict. cap. 7. ubi num. 23.* addit, *quod negativa hæc longè verior videatur.* Similiter communem hanc fatentur opinionem Pariſ. *conſil. 25. num. 2. vol. 1.* & Clar. *in §. Feudum, Quæſt. 29.* Quinimò Albertus Brunus. *conſil. 32. num. 7.* communiorem & veriorem hanc atteſtatur opinionem, Paul. de Caſtro *in d. l. In noſtræ, 3. C. de ſtatuis & imaginib. per Text. ibi* notat, *quod ſi aliquis Dominus Filiam elocare velit, Subditos non excoriare, ſed ſnmptus illos facere de burſa ſua fiſcali debeat*, Caſtrenſem ſequitur Joan. Schneid. *Tractat. de Feud. part. 5. num. 120.*

Ultimò negata hæc opinio Cameræ Imperialis præjudicio haud parum confirmatur. In cauſa enim Hanaw / *contra* Hattgaw *Anno 1590.* in Auguſto Cameræ Imperialis Tribunali, cum probatum non fuerat, quod Subditi in ſimili caſu Collectas antea præſtitiſſent, ita judicatum fuiſſe, teſtis eſt Henric. à Roſenthal. *Tract. Feudal. cap. 5. Concluſ. 77. in addit. ſub. lit. c.* & Caſparus Klocke *Diſputat. de Contributionib. Theſ. 50.*

Ut verò Princeps pro elocanda Filia col- 56.

lectare poteſt Subditos, ſi ex Convẽtione, aut Conſuetudine, vel Præſcriptione jus illud habeat; ita competit illi hoc jus, ſi Camera ipſius tenuis ſit, & ſumptibus exhauſta; Ita ſentiunt Bàld. *in c. Conquerente*, *num. ult. extra de offic. & poteſt. judic. ord.* Jacobin. de S. Georgio, *Tractat. de Homagiis, num. 35. & Tractat. de Feudis in verb. Qui quidem inveſtiti, nu. 76.* Tiraquellus, *de jure primogenior. Quæſt. 69. num. 9.* Et horum ſententiam ſibi magis probare ſcribit Menoch. *de arbitr. jud. lib. 2. Cent. 2. caſu 181. num. 4.* Amplectuntur eandem Nicola. Boer. *dict. Deciſ. 126 nu. 6. & 7.* Nicola. Mozz. *Tract. de Feud. Rubr. d. naturalib. Feud numer. 61. verſ. Quare pro conciliatione*, ut & alii, quos refert & ſequitur Vultej. *dict. conſil. 35. num. 142. vol. 3. conſil. Marpurg.* tum etiam Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mandatis judic. cap. 44. num. 12.* Ratio eſt, quod hoc caſu Princeps quadam publica neceſſitate premitur, ob quam Collectæ imponi poſſunt.

Quod ſi verò neque Conventione, neq; Conſuetudine hujuſmodi munitus ſit Princeps, neque egeſtate laboret, ſed opulentam habeat Cameram, pro Filia elocanda Subditos collectare nequit, per rationes hactenus propoſitas.

57. Neq; imminuunt hanc Concluſionem Argumenta pro ajente opinione prius adducta.

cta. Quod enim attinet primam rationem, procedit illa in dote non conſtituenda, ſed prius conſtituta.

Conſtituta dos ſua habet Privilegia, & favorem ſuum publico jure introductum: At dotem Fœminis cõſtituere nemo cogitur, quã qui nominatim Legibus jubetur. Et licet dos abſque Matrimonio eſſe nequeat; *l. 3. ff. de jure dot.* attamen poteſt contrahi Matrimonium ſine dotis conſtitutione, *l. ult. in prin. ibi, ſine dote Nuptiæ poſſunt celebrari, C. de donat. ante Nupt. l. Iubemus 11. in prin. C. de repudiis, & Auth. Præterea, C. unde Vir & Vxor.*

Alterum Argumentum ex eo corruit, quod ipſa neceſſitas poſtulat extrui, & refici muros Civitatis, & ut viæ ac pontes, per quos publicè iter fit, inſtruantur, & conſerventur. At dotem Fœminis conſtitui neceſſe non eſt, cum ſine dote Matrimonium eſſe queat, ut *modò* dictum eſt.

Tertium Argumentum nihil hîc concludere, vel ex eo patet, quod non omnis Frater, ſed tantum Frater germanus Sorori ſuę germanæ conſtituere dotem jubetur: neque tamen omni caſu, ſed ſi Pater ſit defunctus, & ipſe Frater locuples ſit, Soror autem paupertate laboret, per Textus & Dd. circa tertium hoc Argumentum *ſupra* citatos.

Argumentum ajentis opinionis quar- 58.

 tum

tum quod attinet, reprobatur eorum opinio, qui ſentiunt, quod Princeps Feudi Dominus pro Filia elocanda collectare ſuos poſſit Vaſallos, Joan. Andr. ad Speculator. *Tit. de Feud. cap. de Homagiis, num.* 67. Jacob. de S. Georgio, *Tractat. de Homagiis, num.* 33. *verſ. in Quæſtione prædicta*, Nicol. Mozz. *dict. Rubr. de naturalib. Feud. num.* 61. *verſ. Nos autem credimus, junct. verſ. Et licet contrarium, pag.* 201. Petr. Jacob. Aurel. *in practic. libellor. Rubr.* 63. *num.* 30. Petr. Heig. *Quæſt.* 18. *num.* 17. *part.* 1. Argumenta, quę rejectæ huic opinioni adverſantur, videri poſſunt *ſupra circa Quæſtionem*, an Princeps ſuos collectare poſſit Vaſallos?

59. Poſtremum Argumentum ab Autoritate Dd. & conſuetudine Germaniæ quod attinet, nihil ei deferendum judico: Tum quia multi ex Dd. noſtris, qui ajenti inhærent opinioni, rectè conſiderati, loquuntur de caſu, quo vel ex Conventione vel ex Conſuetudine Princeps Subditos ſuos pro elocanda Filia Collectis onerat, vel quo ab ipſis volentibus ſubſidium charitativum petit: Tum quia licet aliqui generaliter ajentem amplectantur opinionem, crebrior tamen eſt, & verior eorum opinio, qui negativæ patrocinantur, uti *hactenus* oſtendi. Tum poſtremò quia Conſuetudo illa Germaniæ generalis non eſt, ut ex præjudicio illo Cameræ Imperialis *ſupra* adducto

ducto patet. Et licet multis Germaniæ in locis pro elocandis Filiabus Principes Subditis Collectas imponant: id tamen fit vel Subditis ſponte conſentientibus, vel ex Conſuetudine certò recepta, vel ex Conventionibus inter Principem, & eorum Subditos initis, Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 77. in addit. ſub lit. b.*

Quamvis etiam Dn. Mynſing. *dict. Cent. 5. Obſervat. 21. in fin.* atteſtatur, *paſſim in Germania hanc opinionem aſentem eſſe receptam*: attamen hoc ipſius teſtimoniũ pro certo & indubitato habendum non eſt. Ipſemet enim *Obſervat. 68. Cent. 6.* ſcribit, *quod* Doctori *aſſerenti ita eſſe Conſuetudinem, credendum non ſit*, atque *hanc opinionem communiorem eſſe, & magis receptam* teſtatur. *Contrariam quidem opinionem*, quod credendum ſit Doctori atteſtanti eſſe talem Conſuetudinem, *receptam eſſe in Camera* ait idem Mynſing. *Cent. 5. Obſerv. 96.* verum id exaudiri debet de Conſuetudine, quę viget ea in Provincia, aut Civitate, ubi ipſe Doctor vivit, non etiam de Conſuetudine aliorum locorum, Burſatus poſt alios, *conſil. 43. num. 54.* Maſcard, *de probat. Concluſ. 526. num. 6.* 60.

Et quamvis Uuaremundus ab Erenberg *lib. de Regni ſubſidiis, cap. 4. num. 13.* ſimiliter teſtetur, *notorium eſſe in Germania uſum, ut Principes pro maritandis Filiabus Collectas imponant Sub-*

ditis ſuis: quia tamen partim ſolius Mynſingeri nititur teſtimonio, partim etiam illos hanc in ſententiam citat, qui ſolummodo loquuntur de alicujus tantum Provinciæ moribus, nō de generali Conſuetudine Germaniæ, parum ipſius teſtimonio deferri poteſt.

61. Expeditæ hactenus Quæſtioni proxima eſt illa, num iis in locis, ubi Princeps vel ex Conventione, vel ex Conſuetudine Subditos ſuos collectare poteſt, pro elocanda Filia, etjam pro uxorando Filio Collectam Subditis imponere queat? Negativa Dd. communiter probatur, Speculatori *Tit. de Feud. cap. de Homagiis, dict. numer. 67.* Jacobino de S. Georg. *Tractat. de Feud. in verb. Qui quidem inveſtiti, nu. 76.* Nicolao Boeri *Deciſ. 131. numer. 14,* Joan. Schneid. *Tractat. de Feudis part. 5. num. 120.* Laurent. Kirchov. *Cent: 5. commun. opinion. Concluſ. 77.* Henrico à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 79. num. 5.* Reg. Sixtin. *Tract. de Regalib. lib. 2. cap. 14. num. 54.* Rationem ſententiæ hujus adducunt hanc, quod Princeps hoc caſu non exponat, ſed accipiat dotem, atq; hinc ditior non pauperior fiat. Cui rationi & illa adjungi poteſt, quod Conventio, & Conſuetudo iſthæc de Filia ſumptibus Subditorum maritanda ſtricti juris eſt, proindeq; ad Filios non extendenda. Accedit & illud, quod jus collectandi Subditos odioſum eſt, ut dixi *ſupra,*

Digitized by Google

pra, odioſa autem extendi non debent extra Conventionis, & Conſuetudinis terminos, *c. Odia, Tit, de Reg. jur. in 6.*

Ex Privilegio tamen, ſive Conventione, aut Conſuetudine ſi hoc jus Princeps habeat, jure & hoc caſu collectare Subditos poteſt, Nicola. Boer. *dict. Deciſ. 131. num. 15.*

Succedit alia vicina Quæſtio: An Conſuetudo vel Conventio iſthæc de jure collectandi Subditos pro elocanda Principis Filia exaudiri debeat de una tantum primogenita Filia, vel etiam de omnibus aliis Filiabus? Prius ſentit Guid. Pap. *in Deciſionib. Grationopol. Quæſt. 57. in fin.* quem ſequitur Chaſanæus *in Conſuetud. Burgundiæ, Rubr. j. §. 4. in verb. Mariage d. vne Fille, num. 1. pag. 122.* & Ant. Gabriel Roman. *lib. 6. commun. Concluſ. Tit. de Legib. Concluſ. 2. num. 8.* Ubi in hanc ſententiam allegat quoque Grammatic. *conſil. civil. 38.* Poſterius autem placet Maſſuerio *in practic. forenſi Tit. de talliis, & Collect. num. 6.* & Matthæo de Afflict. *in Conſtitut. Sicilia Incip. Quam plurimum, col. 2. verſ. Et prima utrum* Subſcribere eidem ſententiæ videtur Tiraquell. *de jure primogen. Quæſt. 70. num. 2.* Et horum ſententiam uſus Germanorum comprobare videtur: Nec immeritò; Tum quia in proviſione, quæ favorabilis eſt ipſi, cui fit proviſio, veriſimile eſt ſingulari appellatione ſignificari plura generis ejuſ- 64.

ris ejuſ-

ris ejuſdem, *l. in uſu 158. ff. de V. Sign.* Tum etiam quia Filiæ appellatione continentur etiam plures Filiæ, in cauſa ipſis Filiabus favorabili, *l. ſi quis ita 16. ff. de teſtament. tutel.* Tum poſtremò quia etiam Princeps, ſineque ex Conventione neque ex Conſuetudine obligati eſſent Subditi ad elocandas ipſius Filias, tenetur ipſemet omnibus Filiabus ſuis conſtituere dotem, *l. ult. verſ. Neque enim Leges, C. de dotis promiſſ. & l. Capite 19. ff. de ritu Nuptiar.* Cum ergo vi Conventionis, aut Conſuetudinis Subditi in elocanda progenie Principis ſui ſubſidium comparare coguntur: veriſimile eſt, omnes Principis Filias ipſorum auxilio dotandas eſſe; Cum acceſſorium ſequatur naturam principalis, *c. Acceſſorium, Tit. de Reg. jur. in 6.* & tantum ſit in acceſſione, quantum eſt in principali, *§. Fidejuſſores ita, Inſtit. de Fidejuſſorib. 18.*

63. Vocatur in Quæſtionem & illud: An etiam vigore Conventionis, aut Conſuetudinis illius pro ſecundis Filiæ Nuptiis collectari Subditi poſſint. Hanc Quæſtionem negativè decidunt Guido Pap. *dict. Deciſ. 57. in fin.* Menoch. *libr. 2. de arbitr. jud. Centur. 2. caſu 181. numer. 4.* & Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 4. in verb. ſupra citatis numer. 7.* Atq; hanc opinionem probat Textus *in l. Boves 89. §. 1. ff. de verb. ſignificat.* Ubi Pompon. JuriſConſul. *Hoc*, ait, *ſermone dum nupta erit, prima*

Nuptiæ

Nuptiæ ſignificantur. Quo textu moti ſubſcribunt eidem opinioni Tiraquel. *ibidem in prin. num. 14.* & Joan. Goeddæ. *numer. 2.*

Quæritur etiam de Filia Principis ſpuria, num ad eam quoque elocandam collectari poſſint Subditi, virtute Conventionis, aut Conſuetudinis illius? Affirmat Laudens. *in Titul. 46. An apud judicem, vel curiam Domini Quæſtio Feudi debeat terminari, numer. 7. lib. 2. Feud.* Prœpoſitus *in Titul. 40. de capitulis* Corradi, §. *ſimiliter, numer. 2. libr. 2. Feudor. part. 7. numer. 50.* & Ludolph. Schrader. *Tractat. Feudal. part. 6. capit. 6. numer. 102.* Qui omnes hac utuntur ratione, quod etiam Pater huic Filiæ alimenta præſtare teneatur jure Canonico, *c. Cum haberet, extra de eo, qui duxit in Matrimonium, quam polluit per adulter.* Negat verò Jacobin. de S. Georg. *Tractat. Feudal. in verb. Qui quidem inveſtiti, numer. 79.* ut & alii, quos memorat Nicola. Boer. *Deciſ. 127. num. 1.* tum etiam Andr. Gayl. *lib. 2. Obſervat. practic. Obſervat. 88. numer. ult.* Petr. Frider. Mindan. *libr. 2. de Mandat. jud. cap. 44. numer. 13.* & Henricus à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 79. numer. 4.* Regner. Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 14. num. 55.* 64.

Atque horum opinationi meum quoque, adjicere calculum nihil dubito: Tum quia appellatione Filiæ propriè tantum contineur

nietur Filia legitima, non baſtarda, *l. Filium cum definimus 6.* ubi Bart. & alii Dd. *ff. de his, qui ſui vel alien. juri ſunt.* Cum ergo Conventio iſthæc & Conſuetudo ſtrictè ſit accipienda; non poteſt extendi ad Filiam Principis ſpuriam: Tum quia in oratione ambigua potius eſt accipienda ſignificatio, quæ vitio caret, *l. Ambigua 19. ff. d. legib.*

At Conventionis & Conſuetudinis illius interpretatio de Filia quoque ſpuria flagitioſæ libidinis tegumentum induceret publicum: quod ne fiat, exaudiri de ſpuria Filia minime debet: Tum etiam, quia omnis Conventio, & diſpoſitio in commodum creditoris facta, ſi obſcura ſit, contra ipſummet creditorem, non contra debitorem accipi debet, *l. veteribus 39.* Ubi Coſtal. & alii, *ff. de pact.* Tum poſtremò, quia, cum onus Collectarum hujuſmodi ſit odioſum, ſtrictè oratio de ea accipi debet, & non porrigi ultra ſermonis proprietatem.

Non obſtat, quod Pater ſpuriam quoque Filiam alere tenetur, ut habet Canonica Sanctio: Ex eo enim nihil ſequitur aliud, quam quod ipſemet quoque Pater eandem dotare teneatur Filiam, non etiam ipſius Subditis hoc onus imponi debeat; cum mens ipſorum ea fuiſſe non præſumatur, quod & illicito ex coitu natam Principis prolem dotare velint.

In du-

In dubium vocatur & illud, an mortuo Principe ipſius Filius ſucceſſor pro elocanda Sorore Subditos collectare queat? Affirmat Alex. *conſil. 35. num. 1. junct. num. 3. verſ. ſed præmiſſis, vol. 2.* & Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mandat. judic. cap. 44. num. 13.* Negat autem Vaſq. *lib. 1. Controverſ. illuſtr. cap. 7. numer. ult.* Uuintz. *de Collect. Obſervat. 7.* & Chaſſanæus *in Conſuetudines Burgund. Rubr. §. 4. in verb. Mariag. d. une Fille, num. 9. pag. 123.* qui tamen *ibidem, & numer. 10.* ajentem probat opinionem in caſu, quo Pater adhuc vivus Filiam ſuam elocavit, & Nuptiæ ſecutæ ſunt, dos autem vivo Patre non eſt, ſed tantum ab ipſo Patre promiſſa. Ego eandem opinionem judico veram, ſi Cōventio ſimpliciter concepta ſit, aut Conſuetudo introducta ſimpliciter de Collecta, pro elocandis Filiabus Principis imponenda: His caſibus imponere poteſt Frater Collectam Subditis pro elocanda Sorore, non tamen ut Frater, ſed ut ſucceſſor defuncti Patris. 65.

Non eſt hoc loco omittenda Quæſtio illa: Num Principis Filia, quæ Patri defuncto in Principatu ſucceſſit, pro ſe quoque maritanda collectare Subditos poſſit? Boer. *Deciſ. 130.* patrocinatur affirmativæ: Chaſſanæus verò negativam probat *in conſuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 4. in verb. ſupra citatis, num. 21. verſ. item quæro, pag. 128.* Cui ſubſcribit Vaſq. *lib. 1.* 66.

Contro-

controverſ.jur.cap.7.n.5. Ego veritati propiorem judico Boerii opinionem. Cum enim ipſemet Princeps potuiſſet Collectas Subditis imponere ad elocandam Filiam ſuam, multò magis poteſt ipſa Filia pro ſe maritanda collectare Subditos, per logicam Regulam: Propter quod unumquodque tale eſt, illud magis tale eſt: Et quia Principis defuncti, Patris ſui heres eſt Filia, & in ipſius omne jus ſucceſſit, poteſt ſibi vindicare idem jus, quod Patri defuncto competit, *l. Hereditas 62. ff. de reg. jur.*

Non obſtat quod Conventio, itemque Conſuetudo illa ſtricti juris eſt; proindeque non extendenda. Hic enim nulla fit extenſio: Tum quia ipſa Filia defuncti Principis heres eſt, & jura Patris obtinet omnia: tum etiam quia Filia eſt illa ipſa, pro qua maritanda Princeps defunctus Pater collectare Subditos potuit.

67. Quod de Principis Filia Subditorum elocanda ſubſidio dictum eſt *hactenus*, exaudiri quoque debet de Filia Nobilis Subditos habentis, ex uſu ſcilicet quorundam Germaniæ locorum, Uuaremundus ab Erenberg. *libr. de onerib. Subditorum cap. 4. num. 13.* Joan. Köppen. *illuſtr. Quæſtionum Deciſ. 31. num. 17. & 18.* & Caſparus Klocke *Diſputat. de Contribut. Theſ. 50. in fundamentis ſub lit. b.*

68. Ad quantitatem verò dotis conferendam à

dam à Subditis quod attinet, ſi in ipſa Conventione aut Conſuetudine non ſit definita ipſa quantitas, judicis arbitrio relinquitur, quantam dare dotem Subditi cogantur, pro dignitate ſcilicet Mariti, & modo facultatum, ut Principis, ſic & Subditorum, tum denique pro numero Filiarum, *l. cùm poſt divortium 69. §. Gener, ff. de jur. & dot. & l. ſi filia 43. ff. de legat. 3.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. Cent. 2. caſu 181. num. ult.*

Reſtat alterum *ſupra* Quæſtionis propoſitæ membrum; ſitne ordinaria, vel extraordinaria Collecta, quæ pro elocanda Filia Principis indicitur. Dd. noſtri, quos ſequitur Petr. Frider. Mindanus, *libr. 2. de Mandatis judic. cap. 44. num. 10.* extra-ordinariis connumerant Collectis, & quidem rectè quando neque Conventione neque Conſuetudine, quantitas dotis certa expreſſa eſt: Alioqui enim magis ad Collectas accedit ordinarias. 69.

Caput VII.

De Collecta Capitis, Soli ſive Poſſeſſionis, & mixta Collecta.

Summaria.

1. *DIſtributio Collectæ in Capitis Collectam, in Collectam Soli, ſive Poſſeſſionis & mixtam Collectam jure probatur.*
2. *Capitis Collecta quæ ſit.*
3. *Collecta Capitis dicitur etiam Capitatio.*
4. *Vox, Capitatio, varias habet ſignificationes.*
5. *Collecta Capitis regulariter non indicitur.*
6. *Collecta Capitis indicitur tantum Subditis, non Forenſibus.*
7. *Collecta Soli, ſive Poſſeſſionis, principaliter indicitur prædiis.*
8. *Mixta Collecta duobus dicitur modis.*
9. *Mixta Collecta generaliter indicta, in perſonis pauperum eſt tantum Capitis Collecta: in divitum perſonis eſt patrimonialis.*
10. *Eſt quoque mixta Collecta, quæ perſonis quoque imponitur, ſed ratione Patrimonii.*

11. Malè

11. Malè negat Petr. Heig. *mixtam eſſe Collectam.*

12. *Collecta impoſitio reſpicit directò rem ipſam: ſed obligatio & vinculum ſolvendi perſonam concernit.*

Tertiò diſtinguitur Collecta in capitis Collectam, in Collectam Soli, ſive Poſſeſſionis, & mixtam Collectam. De Capitis & Soli Collectis eſt Textus *in l 3. & l. ult. §. Divus 7. ff. de cenſibus. l. cum antea 10. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* De mixta Collecta, quæ partim Capitis eſt, partim Bonorum, agunt Imperii Receſſus varii, puta Uuormacenſis *de Anno 1495. Tit.* von dem gemeinen Pfenning / *pag. mihi, 29.* Colonienſis *de Anno 1512.* §. vnnd damit der Arm / *pag. 89.* & Auguſtanus *de Anno, 1518.* §. vnd nämlich dieſer meinung / *pag. 110.* 1.

Capitis Collecta eſt, quæ perſonis præcipuè indicitur, Petr. Mindan. *lib. 2. de mandatis judic. cap. 44. num. ult. & cap. 45. numer. 8.* Petr. Morla *in Emporio juris, Tit. ult. Quæſt. 7.* Adſeſſor Cameralis *voto 28. Tomo 2. part. 2. in votis à* Gaylmanno *collectis.* Quam Collectam Cujac. *ad Rubric. Cod. de annonis & Tribut. lib. 10.* ſequutus Tertullianum, appellat Stipendium. 2.

Eandem Collectam jura noſtra Capitationem appellant, *in Rubr. & l. un. C. de Capitatione civium, lib. 11. & l. 1. C. Ne ruſticani ad ul-* 3.

lum obſequium devocentur; lib. 11. l. Sacroſancta & Cod. de SS. Eccleſ. l. ult. §. pen. ff. de munerib. & honorib.

4. Nonnullis tamen in locis Capitatio deſignare videtur jus Domini, quod in aliquo tanquam ſuo cenſito habet, ut *l. In Eccleſiis 11. & l. Quisquis 16. C. de Epiſcop. & Cleric. & l. Immunitates. 9. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Aliquando eam demonſtrat præſtationem, quæ in capita animalium inferri ſolet *l. 2. C. de immunitat. nem. conced.* Aliam quoque habet ſignificationem in *l. ſi minor 9. C. de actionib. empt. vendit. & l. 2. C. de privat. prædiis, l. 11.* ubi ſignificat cenſum annuum ipſis prædiis impoſitum, Petr. Gilken. *in l. Sacroſancta 8. nu. 3. C. de SS. Eccleſ.*

5. Hæc Collecta regulariter non indicitur, *l. 3. C. de annonis & Tribut. lib. 10.* Bart. *conſil. 59. commune Spoleti,* Bald. *ad Tit. 56. Quæ ſint Regalia, lib. 2. Feudor.* & Modeſtin. Piſtoris. *conſil. 4. numer. 10.*

6. Et quia Capitis eſt, indicitur tantum Subditis, non Forenſibus, *l. 4. l. privilegio 6. C. de incol. lib. 10. l. libertus 17. §. ſola ratio, & §. ſola domus 13. ff. ad municipal.*

7. Collecta Soli, ſive Poſſeſſionis ea eſt, quæ principaliter ipſis indicitur prædiis, *l. Reſcripto 6. §. ult. verſ. Intributiones & l. Munerum 18. §. Patrimoniorum 21. verſ. Nam quædam, ff. de*

munerib.

munerib. & honorib. l. ſine herede 32. & l. Lucius 6. ff. de adminiſtrat. & peric. Tutor. & l. 3. C. de annonis & Tribut. lib. 10.

Mixta Collecta duobus dicitur modis: 8.
uno modo mixta dicitur Collecta, quæ generaliter indicitur omnibus, pauperibus & divitibus, Mann-vnd Weibs-Perſonen; Vatter vnnd Mutter; auch Kindern; Knecht vnnd Mägdten. Sed in pauperum perſonis eſt Capitis tantum, quæ ſingulæ exiguum & certum quid, puta eine Schilling/ præſtare tenentur. In 9.
divitibus verò eſt Patrimonialis, pro quantitate ſcilicet cujuſque Patrimonii, ſicuti convincitur *ex Receſſibus Imperii ſupra citatis, & ex votis Cameralibus collectis* à Gylmanno, *maximè dicto voto 28, num. 24.*

Alio modo dicitur mixta Collecta, quæ 10.
perſonis quidem imponitur, ſed ratione & contemplatione Patrimonii, *l. ult, in prin. & §. Mixta, 26. & §. Hæc omnia 28. ff. de munerib. & honorib.* Bart, *dict. conſil. 59.* Bald. *in dict. Tit. 56. Quæ ſint* Regalia, *libr. 2. Feudor.* Adolph. Knoblauch. *conſil. 44. num. 4. & ſeqq. ſub Tomo 4. conſil.* Iuriſconſult. *Germ.* Modeſtinus Piſtoris *dict. conſil. 4. numer. 10.* Andr. Gayl. *lib. 2. Obſervat. practic. Obſerv. 52. num. 13. & Obſervat. 53. num. 2.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mandat. judic. cap. 45. num. 8.*

Spectatur quidem in Collectis princi- 11.

paliter ipſa res, & Patrimonium, Garſia. Galle. *de expenſ. cap. 11. numer. 56.* quem ſequitur Petr. Heig. *dict. Quæſt. 17. num. 36. part. 1.* Verum quia juris autoritas agnoſcit etiam mixta munera, & Collectas mixtas, ut *modò* oſtendi; haud rectè Petr. Heig. *dicto loco* ſcribit falſum eſſe Interpretum commentum, quod Collecta imponatur perſonis pro rebus.

12. Ipſa quidem impoſitio Collectæ reſpicit directò rem ipſam, ſed obligatio & vinculum ſolvendi perſonam concernit, Bald. *in Auth. Defuncto, verſ. Modò quærò, C. ad Senatus-Conſul. Tertull.* Obligatio in perſonā dirigitur, licet cauſa finalis ſit res ipſa, Idem Bald. *in l. un. num. 33. Cod. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt.* Materialiter igitur Collectæ ſunt onera rerum; ſed formaliter perſonarum ſubjectarum Bald. *in l. propter, in fin. C. Qui bonis cedere poſſ.* Quia verò Materia & Forma conſtituunt unum totum; non ineptè hæc Collecta dicitur mixta, ut volunt, quos refert Roſenthal. *de Feud. cap. 5. Concluſ. 80. num. 3. & ibi in addit. ſub liter. b.*

Caput

Caput VIII.

De Collecta, quæ per fumantes, & ea, quæ per as & libram imponitur.

Summaria.

1. *Quæ ſit Collecta per fumantes impoſita: quæ item per as & libram indicta.*
2. *Quando imperetur Collecta per fumantes.*
3. *Eadem Collecta dicitur Tributum fumarium, & focorum numeratio.*
4. *Per as, & libram dicitur Collecta ferè omnis.*

Quartò diſtinguitur Collecta in eam, quæ per fumantes, ſive focos, ſeu domos imponitur, die auff ein jegliche Fewrſtatt vnnd Wohnung gelegt würdt / & eam, quæ æs & libram, hoc eſt, pro viribus cujusque Patrimonii exigi ſolet. 1.

Per fumantes præſtanda eſt Collecta, cum urgentiſſima & ſumma neceſſitas eam imponi deſiderat, Bart. *in l. Si ſe non obtulit, 4. §. Actor. nu. 3. ff. de re judic.* 2.

Tributum vocant fumarium, & focorum numerationem, Andr. Knichen *de* 3.

Saxon. non provocand. jur. cap. 5. in verb. Steur/ Folge/ *numer. 344.*

4 Per æs & libram indicitur regulariter Collecta ferè omnis, *l. omnes, 12. C. de operib. public.* Bart. *in d. l. 4. numer. 2. ff. de re judicat.* Bald. *in l. etiam 5. num. 28. C. de execut. rei judic.* Henning. Goeden. *conſil. 34. nu. 30.* Mynſing. *Reſponſ. 1. num. 82. decad. 15.* Erneſt. Gothman. *Reſponſ. 11. num. 1. & 119. libr. 1.* Adſeſſor Cameralis, *voto 28. num. 15. ſub. Tom. 2. part. 2. votor. Cameral.* per Gylman. *collector.* & arguunt Receſſus Imperii *de Collectis Turcicis* tractantes, Reichs-Abſchid zu Wormbs *de Anno, 1495. pag. 29. fac. 2.* Reichs-Abſchid zu Cöln *de Anno 1512. pag. 89. fac. 2.* Reichs-Abſchid zu Speyr / *de Anno 1542. pag. 278.*

Caput IX.

Qui Collectas imperare poſſint, & quibus?

Summaria.

1. *Magiſtratus ſuos tantum regulariter Subditos, & incolas collectare poteſt.*
2. *Subditus quis propriè ſit: Et ubi cujusque domicilium eſſe dicatur.*

3. Domi-

3. *Domicilium quis habere poteſt diverſis in locis.*
4. *An quis ſingulis in locis domicilii ſui collectari poſſit?*
5. *Civibus impoſita Collecta, an exigi quoque poſſit pro Civium prædiis extra Collectantis Territorium ſitis?*
6. Diſtinctio Autoris in propoſita Quæſtione.
7. Autoris de eadem Quæſtione opinio.
8. Quæſtio: *An Collecta Subditis indicta exigi quoq; poſſit à Forenſe in Collectantis Territorio prædia poſſidente?*
9. Sentẽtia Autoris de propoſita Quæſtione.
10. Quæſtio: *Sitne liberum collectanti Domino poſſeſſionibus principaliter Collectam imponere, ut etiam Forenſes teneantur?*
11. *Turcicæ Collectæ num levandæ ſint tantum in loco domicilii pro Bonis quoq; alieno in Territorio ſitis?*
12. *Mixtam Collectam (qualis etiam eſt Collecta Turcica) certis caſibus ſolvere quoque tenentur Forenſes pro prædiis alieno in Territorio ſitis.*
13. Caſus primus, *quo forenſes mixtam ſolvunt Collectam.*
14. Caſus ſecundus.
15. Caſus tertius.
16. *Ius & poteſtas collectandi probatur per librum cenſualem, quem Aeſtimum, item Cataſtrum, & Matriculam vocant.*

Digitized by Google

17. Caſus quartus, *quo mixta Collecta à Forenſibus exigi poteſt.*

18. Caſus quintus, *quo Collecta mixta à Forenſibus poteſt exigi.*

19. *Caveri poteſt Statuto, ne Subditi prædia ſua in Forenſes alienent.*

20. *Ius retractus competit Civi contra non civem in prædiis venditis, ex Statuto Wirtembergico.*

QUi Collectam indicere poſſint, & quibus ea imponi queat, ex propoſita Collectæ
1. Diſtinctione prima ſatis liquet. Unde manifeſtum, quod regulariter ſuos tantum Subditos, incolas, & municipes collectare Magiſtratus poſſit, ſicuti arguit etiam Textus *in l. Reſcripto 6. §. ult.* ubi Bart. *l. Munerum 18. §. Patrimonium, ff. de munerib. & honorib. l. un, C. de mulierib. lib. 10.* & docent poſt alios, quos magno numero refert Burſat. *conſil. 16. numer. 31. vol. 1. &* Surdus *conſil. 525. num. 13.* Gutierrez. *lib. 3. practic. Quæſt. Quæſt. 15. nu. 20.* & Andreas Gayl. *lib. 2. practic. Obſervat. 52. num. 13.*

2. Subditus autem quis propriè dicitur ratione domicilii, *l. Domicilium 20. ff. ad municipal.* Natta *conſil. 4. num. 1.* Menoch. *conſil. 692. numer. 3.* Cacheran. *conſil. 9. num. 18.* Surd. *conſil. 515. numer. 66.* Andr. Gayl. *lib. 2. practic. Obſervat. Obſer. 35. num. 2.* Matthias Coler *de proceſſib. executivis, part. 2. cap. 1. num. 22.* Domicilium verò cujuſque ibi eſt, ubi Larem fovet, ubi majorem ſuorum Bonorum partem habet, ubi

Digitized by Google

ubi feſtos dies agitat, ubi foro eodem, balneo eodem, ſpectaculis iisdem utitur, *l. In lege 203. ff. de verb. ſig. l. ſi in eum, in fin. ff. de fideicommiſſ. libert. l. Ejus in fin. ff. ad municipal.*

Hinc in diſquiſitionem venit, ſi contingat, ut diverſis in locis domicilium aliquis habeat, (id quod fieri poteſt, *l. Labeo 5, & l. Aſſumptio 6. §. 1. ff. ad municipal.* Nicola. Boer. *Deciſ. 13. numer. 2.* Andr. Gayl. *de Arreſt. cap. 6. num. 10, & 21.*) An ille ſingulis domicilii in locis Collectæ onus ſubire cogatur? Ajens Pronunciatum juri conſonum exiſtimari debet, ſi quovis in domicilio æquè inſtructus ſit Subditus, & quodvis domicilium æquali jure habeat; alioqui ipſum collectari convenit eo tantum loco, ubi frequentius & familiarius domicilium habet, *per text. in l. Ejus qui, 27. §. Celſus 2. ff. ad municipalem*, Matth. de Afflict. *Deciſ. Neapolit. 384. num. 5. & 11.* Florez. *Quæſt. 21. numer. 57.* Ant. Faber *in Cod. ſuo lib. 9. Tit. 29. Definit. 10.* ubi Senatum Subaudiræ ita judicaſſe refert. 3.

Ardua eſt & nodoſa hujus loci & hæc Quæſtio, num Civibus impoſita Collecta exigenda quoq; ſit pro Civium prædiis, quæ ipſi poſſident extra Collectantis Territoriũ? Hanc Quæſtionem examinat Erneſt. Cothman. *Reſp. 11. lib. 1.* ubi in negantis & affirmantis Concluſionis patrocinium rationes & Dd. autori- 5.

tates

rates adducit: Negativæ autem ſententiæ ſubſcribit. Camera Imperialis *in Cauſa* Herrn Teutſchen-Maiſters *cõtra* Donawert ſecuta eſt affirmativam, quod Subditis etiam quò ad Bona extra Territorium ſita imponi Collectę poſſint, ut atteſtatur Henric. à Roſenthal. *Tract. Feudal, cap. 5. Concluſ. 8. in addit. ſub lit. B. in fin.* Caſpar. Klocke. *in Diſſertatione de Contributionib. Concluſ. 17.*

6. Sed utraque ut ſuſtineatur opinio, diſtinguunt nonnulli inter Dominum collectãtem, qui utroque in Territorio Imperium ſibi vindicat, & eum collectantem Dominum, qui tantum in Territorio, ubi domicilium habent Cives, Juriſdictionem ac Imperium exercet. Illo imponente Collectam, Cives pro Bonis quoq; extra Territorium ſitis eam ſolvere teneri ajunt: Hoc verò collectante, aliud ſentiunt. Quam Diſtinctionem probat, quos citat & ſequitur Cothman. *dict. Reſp. 11. num. 35. & aliquot ſeqq. & num. 80. cum ſeqq. lib. 1.* Eandem admittit Lucas de penna *in lib. un. num. 8. verſ. Et ſiquidem Collecta, C. de Mulierib. lib. 10.* Ubi diſtinguit inter Regem collectantem, & collectantem Civitatem.

Aliqui verò autumant, affirmativam procedere ſententiam, niſi alio quoque in Territorio ejus Domino ſolvenda ſit Collecta, quo caſu pro Bonis tantum in loco domicilii ſitis

præſtan-

præſtandam eſſe voluit, ne quis duplici onere gravetur, per Text. *in l. Titia 34. §. Qui invita, ff. de legat. 2. cum ſimilib.* Tiraquel. *de Nobilitat. cap. 20. num. 170.* Andr. Gayl. *lib. 2. Obſerv. practic. Obſerv. 52. num. 16.*

Mihi verò illorum arridet opinio, qui volunt, quod indicta Collecta exigi non poſſit pro Bonis extra Territorium ſitis. Pro his enim præſtatur Collecta eo in Territorio, in quo habentur Bona, Text. eſt *in d. l. un. verſ. ult. C. de Mulierib. & l. 4. §. Is verò, 2. ff. de cenſib.* Priori loco Philipp. Imp. *Patrimonii*, ait, *munera neceſſe eſt Mulieres in his locis, in quibus poſſident, ſuſtinere.* Poſteriori loco Juriſconſ. Ulpian. *Is* ait, *qui agrum in alia Civitate habet, in ea profiteri debet, in qua ager eſt. Agri enim Tributum in ea Civitate levari debet, in cujus Territorio poſſidetur.* Eodem pertinet, quod idem Ulpian. *in l. Reſcripto 6. §. ult. ff. de munerib. & honor.* tum etiam Arcadius *in l. Munerum. 18. §. Patrimoniorum 21. junct. § ſeq. ff. d. t.* ſcribunt, *munera poſſeſſionibus indicta etiam ab aliis, quam municipibus exigi poſſe.* Unde cognoſcitur, quod prædiis indicta Collecta præſtanda ſit in Territorio, in quo habentur prædia, licet eorum poſſeſſor ibi Civitatis jus non habeat. Proindeque in loco domicilii pro iiſdem prædiis collectari non debet quiſquam; ne duplici onere gravetur. 7.

Huic

Huic Concluſioni refragatur nihil Textus *in l. 4. C. de incol. lib. 10.* Illud enim reſcriptum eſt de munere perſonali, quod ſolis injungitur Subditis, & Civibus, non Forenſibus, ut evincitur *ex l. Libertus 17. §. ſola ratio, & §. ſola domus 13. ff. ad municipal.* Si tamen pro univerſo Patrimonio Collecta imponatur Subditis aut Civibus, nō pro poſſeſſionibus, i. e. Soli rebus tantum, tunc poteſt Collecta iſthæc à Civibus exigi pro ipſorum prędiis, etiam alieno in Territorio ſitis, per Text. *in d. l. Reſcripto 6. §. ult. verſ. ult. ff. Munerib. & Honorib.*

8. Præmiſſæ Quæſtioni planè vicina eſt hæc; An Collecta Subditis indicta, exigi quoque poſſit à Forenſe in Collectantis Territorio prædia poſſidenti? Mynſing. *Cent. 5. Obſerv. 22.* contrarias de hac Quæſtione fuiſſe opiniones oſtendit: negativam autem jure veriorem & magis receptam eſſe affirmat: *niſi collectans Dominus eo munitus ſit Privilegio, ut etiam Forenſes ſuo in Territorio Bona poſſidentes Collectis gravare poſſit: niſi item Conſuetudo ipſi collectanti Domino jus tribuat exigendi à Forenſibus Collectas: vel à ſupremo Principe Collectæ imponantur: aut deniq; municipali cautum ſit Lege, ut quicunq; Bona immobilia Municipii in loco poſſideat, ad Collectas ſolvendas ſit obnoxius.* Quas limitationes admittit quoq; Andr. Gayl. *lib. 2. Obſervat. 53. num. 10.* tum etiam Reg. Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 14. nu. 70. 72. & ſeqq.*

De Con-

De Conſuetudine illa ſentiunt idem & alii, quos memorant Petr. Heig. *Quæſt. 17. num. 43. part. 1.* & Bernhard. Grævæ. *lib. 2. pract. Concluſ. Concluſ. 52. num. 16.*

Cæterum negans opinio generaliter meo judicio procedit in Collecta ſolum Capitis, ſive perſonali Collecta, & mixta Collecta: quæ utraque perſonæ imponitur, & hæc quidem, mixta ſcilicet Collecta, Patrimonii ratione perſonæ imponitur. Capitis etenim Collectam Subditis tantum, non Forenſibus imponi arguit Textus *in l. 4. l. Privilegio 6. C. de incol. libr. 10. & l. Libertus 17. §. Sola ratio 5. & §. Sola domus 13. ff. ad municipalem.* 9.

Similiter à Collecta mixta, ut quæ perſonæ pro rebus indicitur, immunes eſſe Forenſes in Territorio alieno, oſtendit Textus *in d. l. Reſcripto § fin. verſ. ult. ff. de muner ib. & honorib.* & conſuluit ita Adolph Knoblauch. *conſ. 44. n. 4. 11. 12. & ſeqq. Tomo 4. conſ. Germaniæ* Juris-Conſult. & Georg. à Breitenbach *conſ. 15. n 11. & 31. ſub Tomo 5 eorundem Conſiliorum.* Idem ſcribit Andr. Gayl. ſecutus alios *li. 2. Obſerv. pract. Obſerv. 52. n 13. & Obſerv. 53. in fin.* & Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mand. c. 45. n. 8.* tum etiam Anton Faber, *lib. 9. Cod. Tit. 29. Definit. 2.*

Ajens verò opinio procedit in Collecta, quæ poſſeſſionibus tantum indicitur, *d. l. un. verſ. ult. Cod. de Mulier. libr. 10. d. l. 4. §. 2. ff. de cenſib. l. Reſcripto 6. §. ult. l. Munerum 18. §.*

Patri-

patrimoniorum 21: & §. ſeq. ff. de Munerib. & Honorib. Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de mandatis dict. cap. 45. num. 8.* Alii autem negant, quos ſequitur Sixtin. *dict. cap. 14. num. 70.*

10. Hinc non immeritò quæritur, ſitne integrum Territorii Domino; Poſſeſſionibus principaliter Collectam imponere, ut etiam Forenſes, de ſuis prædiis in Collectantis Territorio ſitis, eam ſolvere cogantur? Paul. Caſtr. *in l. Si ex toto 8. in prin. num. 5. ff. de Legat. 1.* & Mynſing. *Reſp. 64. num. 50. decad. 7.* negant & rectè quidem *per l. Ne in poteſtate 26. ff. de arbitris, & l. 2. §. Item ſi extra, verſ. Aut erit in poteſtate ff. de judic.* Modò tamen uſus & neceſſitas tantum Provinciæ, aut Civitatis illius indictionem Collectæ exigat, ut: Si muri Civitatis ſint reficiendi, vel novi ſint faciendi, aut veteres renovandi, vel reficiendi, *l. omnes Provinciarum 12. C. de operib. public.* Andr. Gayl. *lib. 2. Obſervat.* Quod ſi verò Collectarum indictio pertineat quoque ad neceſſitatem, vel utilitatem Forenſium propter ipſorum Poſſeſſiones, id eſt, prædia alieno in Territorio ſita, tunc ipſis Poſſeſſionibus principaliter indici Collecta poteſt: ut: ſi pro tuitione Territorii & ingruentibus periculis obviandis vel avertendis imponenda ſit Collecta, Tiber. Decian. *Reſp. 55. num. 4. vol. 1.* Petr. Gilken. *in Auth. Quas Actiones, C. de S S. Eccleſ. cap. 10. num. 15.* Andr.

Gayl.

Gayl. *lib. 2. Obſerv. practic. Obſerv. 52. numer. 15.* Henrico à Roſenthal. *Tract. Feudal. cap. 5. Concluſ. 81. numer. 2. & 3.* Reg. Sixtin. *Tract. de Regalib. lib. 2. cap. 14. numer. 74.* Bernhard. Grævæ. *lib. 2. Concluſ. practic. Concluſ. 52. numer. 15.* vel ſi Forenſes domos poſſideant in aliena Civitate, cujus mœnia facienda, aut renovanda vel reficienda ſint. Aut iidem agros poſſideant in alieno Territorio, cujus viæ publicæ muniendę vel pontes inſtruendi ſint, *l. ſunt munera, 11. ibi, viæ ſtruendæ, ff. de vacat. muner. l. Honor. 14. §. vidrum 2. ff. de Muner. & Honorib. l. ad inſtructiones 7. C. de SS. Eccleſ. l. 4. §. Is verò 2. ff. de Cenſib. & d. l. reſcripto 6. §. ult. verſ. Nam quædam poſſeſſorib. verſ. Et Intributiones; & l. ult. §. Hujusmodi 22. ff. de Munerib. & Honorib.* Andr. Gayl. *dict. Obſerv. 52. num. 15.* Henric. à Roſenthal. *Tract. Feudal. cap. 5. Concluſ. 81. num. 2.* Commodum etenim, quod ad ſingulos & univerſos pertinet, exigit, ut & onus ad eosdem omnes ſpectet, *l. Pupillus. 239. §. Munus publicum, ff. de verb. ſignif. c. Qui ſentit onus, Tit. de Reg. jur. in 6.*

Poteſt tamen Perſonis quoque Forenſium imponi Collecta, ſi quis Imperii Status hoc jus in Forenſes non minoris, quam immemorialis temporis præſcriptione adeptus ſit, per Text. *in c. Super quibusdam, §. Præterea, extra de verb. ſig.* quos refert & ſequitur Reg. Sixtin. *Tractat. de Regalib. lib. 2. cap. 14. num. 33. 34. 42. & ſeqq.*

& ſeqq. ibi *numer. 35.* rectè oſtendit, quod & hoc caſu de Regalibus ſit collectandi jus: quamvis Jaſon. *in l. de quibus 32. num. 49. ff. de Legib.* Felin. *in c. cum nobis, num. 6. verſ. Denuò nota, extra de præſcript.* Alex. *conſil. 68. nu. 11. vol. 2.* Cravet *de antiquit. Tempor. §. Materiæ ſubtilitatis, num. 31.* & Parpal. *in d. l. Placet, nu. 61. C. d. SS. Eccleſ.* exiſtiment, *quod jus collectandi Forenſes non ſit de Regalibus.*

11. Quæritur de Contributionibus, ſive Collectis Imperialibus Turcicis, num levandæ ſint tantum in loco domicilii pro omnibus Bonis, etiam prædiis alieno in Territorio ſitis? Hæc Collecta, quia non Poſſeſſionibus, id eſt, prædiis tantum, ſed univerſo patrimonio indicitur, præſtanda eſt ſolum in loco domicilii etiam de prædiis alieno in Territorio ſitis, Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1500. mihi pag. 42. fac. 2. Tit.* Das ein jeder nicht mehr dann der Erſt geſeſſen von allem ſeinem Guth / wo es ligt / ſtewren ſoll. Idem conſtitutum legimus in Receſſu Imperii Spirenſi *de Anno 1542. §.* dieweil aber ettliche *& §. ſeq. mihi pag. 286.* & Receſſu Imperii Spirenſi *de Anno 1544. §.* Damit aber ſolcher / *mihi pag. 315. in prin.* Confert eodem Textus *in d. l. Reſcripto 6. §. ult. verſ. fin. ff. de Munerib. & Honorib.* Conſuluit in eandem ſententiam Adolph. Knoblauch. *dict. conſil. 44. numer. 11.* ſentit idem Andr. Gayl. *dict. Obſer-*

vat.

vat. 53. num. 2. & Joan. Goeddæ. *in l. Munus 18. num. 26. ff. de verb. ſig.*

Etſi verò Contributio ; ſive Collecta mixta ; qualis etiam eſt Turcica Collecta, à Forenſibus exigi regulariter nequeat, pro prædiis ipſorum alieno in Territorio ſitis: quibuſdam tamen caſibus Forenſes quoque alieno in Territorio eandem ſolvere tenentur. 12.

Et primò quidem ; ſi Magiſtratus illius Territorii Conſuetudine obtinuerit, ut à Forenſibus quoque de ipſorum prædiis Collectam hanc depoſcere queat, *l. ſine 32. §. Lucius 6. ff. de adminiſtrat. & peri. Tutor.* Tiber. Decian. *dict. Reſponſ. 55. numer. 18. & ſeq. vol. 1.* Laurent. Kirchon. *Cent. 1. commun. opinion. lit. C. Concluſ. 40.* Andr. Gayl. *dict. Obſervat. 52. numer. 17. & 24.* Mynſing. *Centur. 5. Obſervat. 22. num. 6.* Uueſenbec. *conſil. 27. num. 20. part. 1.* Bernhard. Grævæ. *lib. 2. Concluſ. practic. Obſervat. 53. num. ult.* Henricus à Roſenthal. *Tractat. Feudal. capit. 5. Concluſ. 82. numer. 1.* Ubi *in addit. ad lit. a.* atteſtatur, quod in hanc ſententiam inclinarint Camerales *in cauſa* Augſpurg *contra Commiſſarium*, vnnd Außſchuß gemeiner Neuburgiſchen Landtſchafft. 13.

Secundò ex Dd. ſententia exigi 14.

H 2 poteſt

poteſt à Forenſibus hæc Collecta ex prædiis ipſorum, ſi cautum ſit Statuto loci, ut ipſi quoque Forenſes hanc præſtent Collectam, Andr. Gayl. *lib. 2. Obſerv. 52. num. 24. & Obſervat. 53. num. 10.* Mynſing. *dict. Cent. 5. Obſervat. 22. nu. 10.* Petr. Heig. *Quæſt. 17. num 43. part. 1.* & alii, quos memorat Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feudal. cap. 5. Concluſ. 82. num. 3.* Quamvis autem ipſe Roſenthal. *dicto loco*, & Regner. Sixtin. *Tractat. de Regal. cap. 14 num. 36. & ſeqq. & num. 75.* parum huic fidant limitationi, præſidium tamen illi in hoc poſitum reor, quod à Forenſibus quoque de ipſorum prædiis exigi Contributio poteſt, quando nominatim, & ſpecialiter ipſis poſſeſſoribus Collecta indicitur, *d. l. Reſcripto 6. §. ult. & d. l. Munerum 18. §. Patrimoniorum, 21. junct. § ſeq. ff. de Munerib. & Honorib. & d. l. 4. §. Is verò 2. ff. de cenſib.*

15. Tertiò poteſt mixta à Forenſibus exigi Collecta, ſi Territorii Dominus prædia quoque Forenſium in librum cenſualem antiquitus retulerit, Andr. Gayl. *dict. Obſerv. 52. num. 24. & Obſervat. 53. num. 6.* & *lib. ſingulari de pignorationib. Obſerv. 15. num. 13.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mandatis cap. 45. num. 8.* ubi teſtatur, *quod* Illuſtriſ. Princeps Brunſuicenſis, & alii *nuper Forenſium agros pro Collecta Turcica in cenſum retulerint*: Id fortè ea de cauſa nuper factum, quod antiquitus, & longa Annorum

ſerie

ſerie à Forenſibus quoq; fuerit exacta ea Collecta. Quod enim probari dicitur collectandi jus, ſi in æſtimi ſive cataſtri, id eſt, cenſuali libro Saalbuch reperiatur deſcripta Collecta, Uueſenbec. *dict. conſil. 27. num. 12. in fine part. 1.* intelligendum id eſt, ſi multos ante Annos in cenſualem librum Forenſium prædia ſint relata, Henric. à Roſenthal. *dict. cap. 5. Concluſ. 82. num. 6.* 16.

Quartò à Forenſibus exigi poteſt mixta Collecta ex ipſorum prædiis, ſi Privilegium exigēdi Collectam à Forenſibus impetratum probetur à Principe. Mynſing. *dict. Cent. 5. Obſervat. 22. num. 6.* Andr. Gayl *dict. Obſerv. 52. n. 24.* & alii, quos refert & ſequitur Henric. à Roſenthal, *dict. Concluſ. 82. num. ult. & ibid. in addit. ſub. lit. g.* 17.

Poſtremò à Forenſibus pro ipſorum prędiis exigi poteſt mixta Collecta, ſi pro neceſſitate & utilitate ea imponatur, quæ etiā ipſos ſpectat Forenſes. Cum enim hoc caſu Poſſeſſionibus indicta Collecta etiam à Forenſibus exigi poſſit, *d. l. Reſcripto 6. §. ult. & d. l. Munerum, 18. §. Patrimoniorum 21. junct. §. ſeq. ff. de Munerib. & Honorib. l. 4. § Is verò, qui agrum, 2. ff. de cenſib. l. un. verſ. ult. C. de Mulierib. lib. 10.* nihil impedit, quo minus & mixta Collecta hoc etiam caſu à Forenſibus depoſci queat. Atq; ita ſentit conſulendo Tiber. Decian. *dict.* 18.

Reſp. 55. nu. 4. vol. 1. tum etiam Andr. Gayl. *lib. 2. Obſerv. practic. Obſerv. 52. num. 15.* Petr. Gilken. *in d. Auth. Quas actiones, C. de SS. Eccleſ. cap. 10. nu. 15.* & Henric. à Roſenthal. *dict. cap. 5. Concluſ. 81. num. 2. & 3.*

19. Cæteris in caſibus mixta Collecta à Forenſibus exigi non poteſt. Verum Magiſtratus cujusque loci poteſtatem condendi Statuta habens, ut cenſuali ſuo in libro retineat Territorii ſui prædia, Statuto cavere poteſt, ne res immobiles extraneo, ſive Foren ſi vendantur: Cujuſmodi Statutum valet, ut alios ſequutus oſtendit Andr. Gayl. *lib. 2. Obſerv. pract. Obſer. 19. num. 2. 3. 4. & 5.* Et tale Statutum habent quoq; Duces Uuirttembergici, in Ordinatione Provinciali, in deß Fürſtenthumbs Würtemberg gemeiner Landts-Ordnung *Rubr.* Daß Niemandt keinem / ſo nicht vnder vnſers Fürſtenthumbs Obrigkeit geſeſſen / einich ligende Guth zukauffen gebe / *pag. 35. & ſeq. & Rubric.* Wie die Gütter in dieſem Fürſtenthumb ligend ꝛc. *pag. 41.* Habent & alii Territoriorũ Domini in Germania hujuſmodi Statutum, ut teſtatur Gayl. *dict. Obſerv. 19. num. 2.*

20. Hinc etiam vi Statuti jus retractus competit Civibus, ex quorum Territorio prędium venditum eſt alii, qui Civis ibidem non eſt, licet ille Principi eidem ſubditus ſit: quale Statutum habent Duces Uuirttembergici, *Tit. 16. de jure retractus* von Loſung *part. 2. juris Provincialis.*

Caput

Caput X.

Quæ res Collectis ſint Obnoxiæ.

SUMMARIA.

1. Collecta exigi poteſt pro rebus omnibus, ex quibus fructus, & quæſtus percipitur.
2. De rebus quoque mobilibus Collecta exigi poteſt.
3. Quæſtio: *An merces Mercatorum Collectis ſint obnoxiæ?*
4. *Vis Patrimonii in Collectis indicendis juramento ſignificatur.*
5. *Ex Bonis emphyteuticis an Dominus directus, vel emphyteuta Collectas ſolvat*, Quæſtio utilis.
6. *Qui fructus Poſſeſſionis percipit, is præſtat quoque Collectas.*
7. *Fructuarius ſolvere tenetur Collectas ex fundo fructuario.*
8. Detegitur error Ægidii Thomati *in explicanda l. 2 C. de jure emphyteut.*
9. *Publicæ functiones quid ſint.*
10. *Publicas functiones ſubire tenetur prædiorum Poſſeſſor.*

11. *Apocha quid ſit.*

12. *Emphyteuta cum ſolvit Quæſtori Collectam ab ipſo apocham Domino directo accipere tenetur ſub privationis periculo.*

13. Reſpondetur ad Argumenta Thomati, exiſtimantis *Emphyteutam nõ præſtare ex emphyteutico prædio Collectas.*

14. *Eccleſia Emphyteuta an Domino ſeculari ſolvat Collectas ex prædiis emphyteuticis*, Quæſtio eſt controverſa; Aliqui affirmant, quidam negant.

15. *Res æſtimatur à Perſonæ conditione.*

16. Autoris ſententia de Quæſtione illa; *an ex Feudo Emphyteutico, ſeculari Domino Emphyteuta Collectas præſtet.*

17. Sententia, *quod mutata perſonæ conditione, mutetur quoque ipſius rei conditio*, intelligenda eſt *de rei mutatione magna, non exigua.*

18. *Conducti fundi nomine quis ſolvat Collectas* Quæſtio eſt controverſa.

19. Autoris ſententia: Ubi ad Argumenta reſpondet *eorum, qui conductori, non locatori Collectarum onus imponunt.*

20. *Tributum eſt onus fructuum.*

21. *Maritus eſt Dominus prædii dotalis.*

22. *Uſu fructuarius poſſidet naturaliter prædium fructuarium.*

23. *Uſu fructuarius civiliter poſſidet jus utendi fruendi.*

24. Fru-

24. *Fructuario competit Interdictum* uti poſſidetis.

25. *Conductori prædii alieni nō competit Interdictū.*

26. *Temporaria Contributio dicitur extraordinaria, & quidem improviſa Contributio, quæ temporis cauſa ex prædii fructibus indicitur.*

27. Ratio, *cur fundi conductor præſtet temporarias Collectas.*

28. *In exigendis Collectis ſpectandum eſt maximè, ut earum præſtatio, cum opus eſt, facilis ſit & prompta.*

29. Intellectus *l. ſine herede 32. §. Lucius Titius, ff. de adminiſtr. & peric. Tutor.* non ab omnibus idem producitur.

30. Pineli error indicatur.

31. *Realis Collecta munus oneri eſt poſſeſſori, non ei, qui non poſſidet.*

32. *Argumentum à Simili non ſemper procedit.*

33. *Fructus dicuntur deductis ſumptibus.*

34. *Conductor præſtat Decimas ex conducto fundo.*

35. Cacherani error detegitur.

36. *Conductor Fundi vi Conſuetudinis præſtat quãdoq; Collectas.*

37. Quæſtio: *Si plures ſint communis Territorii poſſeſſores, & Domini, per quem Imperialis Collecta à Subditis exigi poſſit?*

38. *Qui ex ſecundo Decreto prædium poſſidet, verè poſſidet, & Dominium poſſidendo capere poteſt.*

Digitized by Google

39. *Qui ex ſecundo Decreto poßidet prædium, Collectas præſtare jubetur.*

40. Quæſtio: *An Cenſuarius, vel Dominus cenſus ex prædio cenſuario Collectas præſtet?*

41. Quæſtio: *An poſſeſſor prædii novus puta emptor, dependere cogatur Contributionem temporis præteriti?*

42. *Pro Collectis tacito jure obligata ſunt prædia.*

43. *Bona obligata tranſeunt cum ſuo jure.*

44. *Heres, non legatarius, Tributum præteriti temporis ex legato Fundo dependere tenetur.*

45. *Obligatio præſtantiæ actualiter in eſſe producitur, poſtquam indicta eſt.*

46. *Tempus Collectæ impoſitæ inſpicitur, non ſolutionis tempus.*

47. *Fiſcus non tenetur Collectam fundo legato impoſitam exigere ab herede, à quo fundus eſt legatus, ſed à ſolo poſſeſſore legatario eam exigere poteſt.*

48. Ex ſententia Cujacii *in arbitrio fiſci eſt, an velit perſonali actione heredem convenire pro Collecta præteriti temporis, omiſſo legatario.*

49. *Hypotheca non poteſt conſtitui niſi perſonalis quædam Obligatio præceſſerit, cujus acceßio eſt Thypotheca.*

50. Heres

50. *Heres ſuccedit in univerſum jus defuncti activè, & paſſivè.*

51. *Singularis ſucceſſor non ſuccedit in perſonalem Obligationem anteceſſoris ſui.*

52. *Fiſcus poteſt Collectæ nomine vel antiquum convenire poſſeſſorem, qui tempore Indictionis poſſidebat prædium, vel poſſeſſorem novum etiam pro tempore præterito.*

53. *Poſſeſſor hypothecæ conveniri poteſt, ut vel debitum ſolvat, vel hypotheca cedat.*

54. *Poſſeſſor prædii Collectam ſi ſolvat, poteſt eam ab anteceſſore ſuo repetere.*

55. Quæſtio: *Collectam univerſo Patrimonio indictam, an de pecunia mutuò data creditor vel debitor præſtet?*

56. *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

57. *Collectam univerſo Patrimonio indictam de reditibus debet Dominus redituum: eam tamen debitor redituum in loco domicilii ſolvit, ac Domino poſtea imputat.*

58. Quæſtio: *Conventio an valeat, ut debitor mutuam qui accipit pecuniam, non creditor præſtet Collectam univerſo Patrimo-monio indictam.*

59. *Pactum ſtricto negocio adjectum non parit actionem.*

60. *Vnius ſtipulatio vel pactum alteri non prodeſt.*

61. *Alius pro alio conveniri non poteſt.*

62. Quæ-

62. Quæſtio: *An creditor, qui Fiſco ſolvit Collectam pro pecunia, quam alii debet, repetere eam poßit à debitore, qui ſolvere eam promiſit?*

63. *Mulier præſtat quoque Collectam de Bonis ſuis receptitiis, & paraphernalibus, in loco domicilii Mariti, ſi ea ſit indicta perſonis, non principaliter poſſeßionibus.*

64. *Collecta præſtanda eſt de rebus non modò corporalibus, ſed & in juribus; puta: annuis reditibus, & penſionibus domorum.*

65. *De actionibus non præſtatur Collecta.*

66. *De prædiis ſterilibus non ſolvitur Collecta.*

67. *Collecta non ſolvitur de ocioſa pecunia: neque de catenis, neque annulis aureis, neque lapidibus precioſis, cæteriſve ornamentis & clenodiis.*

68. *Collecta non ſolvitur pro armis, pro domeſtica ſupellectile, vel argenteis vaſis, aut veſtibus, aliiſve rebus ad uſum cottidianum ſpectantibus.*

69. *Collecta non ſolvitur de incertis nominibus* von Ungewiſſen Schulden.

DEhinc videndum, quæ res Contributionibus ſive Collectis obnoxiæ ſint, quæ
1. item immunes & liberæ ab illis. Eſt a. hic pro Regula ponendum, quod exigi Contributio ſive Collecta poſſit pro omnibus rebus tam mobilibus, quam immobilibus, ex quibus fructus

ctus, & queſtus percipitur. De rebus immobilibus Textus eſt, *in l. Neque Stipendium 13. ff. de impenſis in res dotales fact. l. uſufructu, 7. §. 2. verſ. Quoniam & alia, & l. ſi pendente, 27. §. ſi quid 3. ff. de uſufruct. l. ſine 32. §. Lucius Titius 6. ff. de adminiſtr. & peric. Tutor. l. Fructus 13. ibi, ad quem & functionum gravamen pertinet, C. de Action. Emption. & Vendit. l. 2. ibi, Annonas autem is ſolvere debet, qui poſſeſſiones tenet, & fructus percipit, & l. ſeq. C. de Annonis & Tributis, lib. 10. & l. ult. C. ſine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe.*

De nobilibus rebus eſt Textus *in l. 4. §. in ſervis 5. ff. de Cenſib. & l. Cenſualis 7. C. de donationib.* De mobilibus & immobilibus rebus conjunctim agitur *in l. Reſcripto 6. §. ult. verſ. ult. d. l. Munerum 18. §. Patrimonium ff. de Munerib. & Honorib. l. Ab his 10. in prin. ff. de vacat. & excuſat. mun. quibus locis* Contributiones, quę & Poſſeſſionibus, i. e. Prædiis, & mobilibus indicuntur rebus, appellantur Patrimoniorum munera. Confert Textus *in l. ult. ibi, vel capitum*, ubi Gloſſ. & Dd. C. *de immunitate nemini conced. lib. 10.*

Et quod de mobilibus quoque rebus Contributiones fiant, patet *ex Receſſib. Imperii de Anno 1542. §.* Doch ſollen *& de Anno 1544. §.* Doch ſollen / & docent Decian. *Reſp 69. num. 1. vol. 3.* Mynſing. *Reſp. 1. num 30 decad. 15.* Cothman. *Reſpons. 11. num. 165.* Menoch *conſil. 9. nu.* 2.

15. &

15. & ſeqq. Diaz. de Mena *practic. Quæſt. 21. n. 6.* Caſpar. Klocke *in Diſſertatione Beorico-practicâ de Contributionibus, Concluſ. 19.* & Joan. Camman. *Diſput. politico-juridica 12. de extraordinariarum Collationum Regali, Poſitione 26.*

3. Sed an merces Mercatorum Contributionibus ſive Collectis obnoxiæ ſint, controverſa eſt Quæſtio? Negant Mandell. *conſ. 38 per tot.* Surdus *conſ. 146. num. 6.* Alciat. *conſil. 265.* Affirmant verò poſt alios Menochi. *conſil. 9.* Ægid. Thomatus *Tract. de Munerib. patrimonialib. §. Expoſuimus, ſupra, n. 16. pag. 607. & ſeq.* & Molinæ. *de Tribut. Diſput. 667. num. 7. & Diſputat. 669. num. 3.* Erneſt. Cothman. *Reſp. 11. num. 166. vol. 1.* Caſpar. Klocke *in dict. Concluſ. 19.* & Joan. Camman. *dict. Poſit. 26.* Affirmantium ſententiam juris autoritate munitam judico: Tum quia pro rebus quoque mobilibus Collecta indici poteſt, ut *prius* oſtendi, quibus rebus ipſæ etiã connumerantur merces negociatorum: Tum quia fœneratores quoque ratione illarum pecuniarum, quas fœnori dant, ſolvere Collectas tenentur, *l. Filii 22. §. ult. ff. ad municipal. & d. l. Munerum 18. §. ſed & eos, qui fœnus exercent, 23.* ubi Bart. *num. 2. ff. de Munerib. & Honorib.* Quò facit, quod uſuræ vicem fructuum obtinent, *l. Vſuræ, 34. ff. de Vſur.* Quocirca cũ ut illi pecunia fœnebri lucrum faciunt, ita Mercatores ſuis mercibus, quæſtum comparent, nulla diver-

ſitatis

ſitatis ratio ſuadet Differentiam hic conſtitui inter fœneratores, & mercatores: Tum quia illi negociatores, qui Principis devotioni ſerviunt, ab omnium munerum præſtatione ſpeciali Privilegio excuſantur, *l. Negociatores 7. C. de excuſat. muner.* Cæteri ergo negociatores ratione mercium ſuarum à Contributionibus regulariter immunes non ſunt.

Bart. quidem eam legem *de perſonali munere* accipiendum putat, *in d. l. Reſcripto 6. §. ſcieudum, ff. de Munerib. & Honorib.* Verum quia generaliter Conſtantius Imper. loquitur de omni munere, exaudiri quoque poteſt de patrimoniali munere.

Sed poſito Imperatorem ea Lege tribuere negociatoribus illis vacationem à Muneribus perſonalibus, non etiam à Contributionibus Patrimonialibus: Argumentum certè præſtat, quod nec cæteri Mercatores à Contributione reali ſint immunes, Menoch. *dict. conſil. 9. num. 10.* tum quia etiam Decimæ ex mercibus negociatorum præſtantur, *c. Non eſt & c. Paſtoralis*, ubi Canoniſtæ, *extra de Decimis*, Rebuffus *Tractat. de Decimis*, *Quæſt. 8. numer. 18. & 19.*

Quapropter & Collectæ ex illis ſunt præſtandæ, cum hæ inſtar Decimarum obtineant, Bald. *in l. Neminem 11. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* maximè cum ut Decimas Sacerdotibus,

tibus,

tibus,ita Contributiones Magiſtratui Jehova noſter præſtari jubet, *Matthæ. 22.* Tum etiam quia Collectæ præſtantur ex rebus, ex quibus fructus, quæſtusq; percipitur,ut *antea* oſtendi.

Cum ergo Mercatores uberrimum capiant quæſtum ex mercibus & negotiationibus: ſuis æquum eſt, ut ex his quoq; Collectas ſolvant. Tum poſtremò, quia à publicis hiſce oneribus excuſari Mercatores ratione Mercium ſuarum, cæteros verò Subditos omnes rerum ſuarum mobilium & immobilium nomine Collectis onerari planè iniquum foret, partim quia Mercatores ſæpè in mercibus ſuis majus Patrimonium poſſident, quam cæteri Subditi in prędiis ſuis & rebus mobilibus; partim quia ratione hac Fiſcus ex pauperum prædiolis,& domunculis fructum caperet, ex divitum verò Mercatorũ ampliſſimo Patrimonio in mercibus conſiſtente conſequeretur nihil.

Nihil huic decerpit Concluſioni, quod adverſæ opinionis defenſores tradunt, nuſquã in jure noſtro mercibus negociatorum Collectæ onus imponi. Cum enim merces illæ revera ſint res mobiles, pro quibus etiam rebus Collecta exigi poteſt; ut *ſupra* oſtendi: Conſequens ei eſt, quòd pro mercibus quoq; præſtandæ ſint Collectæ mixtæ.

Non obloquitur etiam, quod vires Patrimonii Mercatorum plerunque in nominibus

bus incertis conſiſtunt. Incerta enim nomina iſthæc ſterilibus comparari poſſunt rebus, quæ immunes ſunt à Collectis, Socin. jun. *conſil. 33. numer. 12. vol. 3.* Natta *conſil. 418. num. 7.* Mynſing. *Reſp. 1. num. 30.* At cætera nomina certa & indubia Collectis onerari par eſt.

Nihil quoq; refragatur Textus *in l. ſemper 5. §. Negociatores 3. ff. de jure immunitatis*, ubi Calliſtratus Juriſconſ. *negociatores, qui annonam Vrbis adjuvant, immunitatem à muneribus publicis conſequi* ait: Addita hac ratione, *quod ipſi peregrè Muneribus publicis, cum periculo, & labore fungantur, proindeq; eos pro abſentibus* Reipub. *cauſa haberi.* Non, inquam, refragatur, Textus ille. Exaudiri enim debet de perſonalibus tantum, non patrimonialibus Muneribus, uti arguit *ibi* ſubjecta ratio. Deinde notandum eſt, Textum illum agere non de omnibus negociatoribus, ſed de his, qui publicè à Magiſtratu ad hoc conſtituti ſunt, ut annonam Urbis adjuvent, Ægid. Thomat. *Tractat. de Collect. §. Expoſuimus ſupra, num. 16. pag 607. & ſeq.*

Non officit quoque noſtro Pronunciato, quod Mercatores, cum merces advehunt, ac invehunt, vectigalia pontium, viarum, & portarum ſolvunt. Cum ergo duplici onere nemo ſit premendus, *l. Honorem 10. ubi gl. ff. de Muner. & Honorib. l. Titia 34. §. Qui invita, 5. verſ.*

Non eſt enim, ff. de legat. 2. parcendum videtur Mercatoribus, quo ad Collectas ex mercibus præſtandas. Non, inquam, officit hoc Argumẽtum Concluſioni noſtræ. Alia enim ex cauſa ſolvuntur vectigalia, alia item ex Cauſa Collectæ exiguntur. Illa præſtantur, ut loci Magiſtratus tutam, ſalvam & integram viam peregrinantibus ſervare eò facilius poſſit: Hæ verò ex bonis & mercibus in locum domicilii jam advectis & adductis in communem utilitatem exigũtur. Textus autem de duplici onere non ſuſtinendo intelligendi ſunt ratione ejuſdem, non diverſæ cauſę, Menoch. *dict. conſil. 9. num. 18. verſ. Non obſtat tertium.*

Adhæc reluctatur nihil, quod mercium æſtimatio obſcura eſt & confuſa, cum alię majoris, aliæ minoris ſint precii. Id enim contingit quoque in aliis rebus mobilibus, ex quibus tamen mixtæ Collectæ ſunt præſtandæ, ut *ſupra* oſtendi. Quin etiam reditus quoque prædiorum ita certi non ſunt, ut aliquando non ſint majores, aliquando minores, pro temporum ſcilicet varietate, bona vel mala temperie. Experimur enim, ſegetes ſubjacere vermibus, qui conſumunt eas, ſiccitati item, quà naſci impediuntur, nebulis, & immodicis pluviis, quibus corrumpuntur, tum etiam grandini, quà concutiuntur.

Deniq; negocii facit nihil, quod durum

& in

& inhumanium videtur, res ſuas familiares mobiles divulgare, paupertatis vilitatem detegere, & divitias exponere invidiæ aliorum, *l. 2. §. 1. verſ. Quid enim C. Quando & quib. quarta pars, lib. 10.*

Durities enim hæc, & in humanitas evitari poteſt juramento Mercatorum; ut eadem Lex abundè arguit, ipſaq; oſtendit Conſuetudo, juramento Subditorum facultates ipſorum æſtimari, cum de modo collectandi ipſos agitur, atque ita cujuſque patrimonii ſecreta non panduntur, 4.

Quæritur de Emphyteuta, utrum ipſe, vel Dominus, ut vocant, directus, ex Bonis Emphyteuticis præſtare teneatur? Ægid. Thomat. *Tractat. de Contribution. patrimonialib. §. Pauperes numer. 29. pag. 490. & ſeqq.* & Uuinzler. *de Collectis Obſervat. 22.* Collectarum onus directo Domino, non ipſi Emphyteutæ imponendum ſcribunt, Roland. à Valle ſequutus Luc. de Penna *conſil. 66. num. 38. vol. 1.* Andr. verò Gayl. *libr. ſing. de pignorationib. Obſerv. 15. numer. 11. & ſeqq.* Reg. Sixtin. *Tractat. de Regalibus cap. 14. numer. 84.* Uuarem: ab Erenberg. *de onerib. Subditor. cap. 14. numer. 5.* Rutger. Ruland. *Tractat. de Commiſſ. & Commiſſionib. part. 4. lib. 2. cap. 6. numer. 62. ipſum Emphyteutam onus Collectarum ſuſtinere* tradunt, Et hanc ſententiam, uti conſonam judi_o 5.

 Poſſeſ-

6\. Poſſeſſor enim prædiorum, & qui fructus ex illis percipit, Collectam ſolvere tenetur, *l. 2. & ſeq. C. de annonis & Tribut. lib. 10. & d. l. Fructus 13. C. de actionib. empt. & vendit. l. ult. C. ſine cenſu vel reliquis ſundum comparari non poſſe.* Emphyteuta autem prædium emphyteuticum poſſidet, & ex illo fructus percipit, *l. pen. §. 1. verſ. ſed & qui vectigalem, ff. Qui ſatisdar. cogant. l. 3. l. Quicunque 7. l. jussi. C. de fund. patrim. l. 1. in fin. ibi, Emphyteuticariis poſſeſſorib. C. de Mancip. & Colon. lib. 11. l. 1. in fin. ff ſi ager vectigal.* Quocirca & Collectas inde præſtare tenetur.

7\. Accedit eòdem, quod & fructuarius, qui tantum juris non habet in re fructuaria, quantum Emphyteuta in Emphyteutico prædio ſibi vindicat, Collectas ex fundo fructuario præſtare cogitur, *l. uſufructu 7. §. 2. verſ. Quoniam & alia & l. ſi pendentes 27. §. ſi quid, 3. ff. de uſufruct. & d. l. Neq; Stipendium 13. ff. de impenſ. in res dotal. factis. l. Imperatores 7. ff. d. publican, & vectig.* Intantum, ut ne quidem pacto contrarium in fraudem ejus, cuj debentur, effici poſſit, *arg. l. Inter debitorem, 42. ff. de part. l. ult. C. ſine cenſu, vel reliq. fund. comparari non poſſe.*

Poſtremò Emphyteutam Collectarum oneri ſubjectum eſſe arguit Textus *in l. 2. ibi, vel publicarum functionum Apochas non præſtiterit, item ibi, neque Apochas Domino Tributorum reddiderit, C. de jure Emphyteut.*

Quia

Quia verò Ægid. Thomatus *dicto loco* hac Lege non probari ſententiam, quam defendimus, autumat, ejus errorem hic paucis coarguere juvat. Juſtinianus Imperator ea in Lege præcipit, ut Emphyteuta publicarum functionum Apochas præſtet, reddatque Domino. 8.

Sunt autem publicæ functiones, publicæ penſitationes ſive Contributiones & Collectæ, quæ Fiſco, aut Reipubl. præſtantur, quas qui præſtat, dicitur præſtationibus hiſce fungi, eaſque ſubire. Vnde præſtationes ipſæ dictæ ſunt functiones, *l. pen. & ult. C. de Apoch. public. lib. 10.* Haſce autem functiones ſubire tenetur prædiorum poſſeſſor, *l. Imperatores 7. ff. de public. d. l. 2. & l. ſeq. C. de annon. & Tribut. lib. 10. d. l. fructus 13. C. de actionib. Empt. vend. & d. l. ult. C. ſine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe.* Idcirco & Emphyteuta eas ſubire & præſtare tenetur, cum fundi Emphyteutici poſſeſſor ſit, *l. pen. §. 1. ff. Qui ſatisdar. cogant.* Quando autem eas præſtat Emphyteuta Quæſtori, exigere ab eo causâ Domini tenetur Apochas, uti arguit Textus *in d. l. 2. C. de jure Emph.* 9. 10.

Apocha eſt inſtrumentum ſcriptum, quo profitetur creditor ſibi pecuniam ſolutam eſſe, quoque debitori ejus nomine ſecuritas tribuatur, *l. 3. & tot. Tit. Cod. de Apoch.* 11.

 public.

public. lib.10.l. Plures 19.C. de fide inſtrumentorum, l. Qui tabulas 27. §. Apocha. ff. de furt. & ult. §. Titius ff. de condict. indeb.

12. Sed Emphyteuta, quando pro emphyteutico prædio indictam ſolvit Collectam, Apochas ſolutæ Collectæ à Quæſtore, cui ſolvit, exigere jubetur: Unam pro ſe, alteram Domini causâ, uti oſtendit Juſtinianus Imp. quando plurali utitur numero Apochas *in d. l. 2. C. de jur. Emphyt.* Sibi quidem Apocham accipere, vel non accipere ipſi Emphyteutæ liberum videtur: At ipſi Domino eam exigere omnino neceſſe habet, eamque ipſi Domino præſtare & reddere tenetur, ut & ille poſſit per eam probare Contributionis publicæ factam eſſe ſolutionem per Emphyteutam. Quod ſi eam non præſtet Domino Emphyteuta, repellere ipſum, & ejicere è prædio Emphyteutico Dominus poteſt, & quidem confeſtim, ſi in ipſo contractu emphyteutico pacto cautum ſit, ut Domino præſtaret Emphyteuta Apochas illas, vel omiſſo illo pacto, ſi per triennium apochas domino præſtare ceſſaverit, ut diſertè conſtituit Juſtinianus Imp. *in d. l. 2. C. d. t.* Erroneum itaque eſt, quod Ægid. Thomat. *dict. Tractat. de Contribut. patrimonialib. §. Pauperes, pag. 490. verſ. Nec obſtat l. 2.* tradit, Juſtinianũ Imp. loqui de caſu, quo inter emphyteutam & Dominum ſpecialiter & nominatim actũ fuit, ut Em-

ut Emphyteuta ex Feudo emphyteutico Contributiones & Collectas ſolverent.

Non tuetur contrariam Thomati, & aliorum opinionem, quod Dominus, qui prædiũ ſuum alii in Emphyteuſin concedit, ejus prędii Dominium retinet, & Emphyteuta non efficitur Dominus illius prædii, *l. 1. §. ult. ff. ſi ager. vectig.* Intributiones enim & Collectæ non à Dominis, ſed poſſeſſoribus prædiorum exiguntur, ut *ſupra* oſtendi. Cum igitur Emphyteuta, non Dominus poſſideat emphyteuticum prædium, ut ſimiliter docui *ſupra*, certè non hic, ſed ille Collectam præſtare tenetur. Atq; hac reſpõſione rejicitur quoq; tertia Thomati ratio, qua vult, quod abſq; conventione ſpeciali Dominium prædii emphyteutici ad Emphyteutam non tranſeat. 15.

Neq; etiam ſuffragatur Thomato ejus altera ratio, ꝙ obligatio ſolvendi publicas functiones prædio & perſonæ cohæreat. Non n. perſona, per ſe obligata eſt ad præſtandas Intributiones & Collectas, ſed proter ipſa prædia, quæ poſſidet, ut *ſupra* docui ex *d. l. Imperatores 7. de publican. d. l. 2. & l. 3. C. de annon. & Trib. lib. 10. l. Fructus 13. C. de action. empt. vendit. & d. l. ult. C. ſine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe.*

Deniq; nihil auxilii tribuit Thomati ſententiæ, *quod Legibus quibusdam Contributiones præſtari jubentur, à Dominis prædiorũ*, in quem ſenſum allegat, quoq; Text. *in l. 1. C. de indict. lib. 10.*

Digitized by Google

cum ſimilibus. Leges enim illæ omnes capiendæ ſunt de Dominis prædiorum, qui ipſimet ea poſſident. Nam & propriam rem noſtram, quam corpore detinemus, dicimur poſſidere, *l. 1. §. Hujus autem 2. ibi, fieri poteſt, ut & poſſeſſor idem & Dominus ſit, ff. uti poſſidet.* Alioquin non Domini, ſed poſſeſſores prædiorum Contributiones ex illis præſtant, niſi Conſuetudo loci ipſis Dominis, non poſſeſſoribus Contributiones ſive Collectas indici jubeat, *l. ſine herede 32. §. Lucius 6. ff. de adminiſtr. & peric. Tutor.*

14. Sed Quæſtio controverſa eſt, ſit ne idem dicendum de Eccleſiæ Emphyteuta, quod & ille ex fundo emphyteutico Collectas ſeculari ſive temporali Domino ſolvere teneatur? Quidam affirmant, aliqui negant. Affirmant Andr. de Iſern. *ad Tit. 56. Quæ ſint Regalia, in verb. Plauſtrorum, lib. 2. Feud.* Lucas de Penna *in l. un. num. 7. C. de imponenda lucrativis diſcriptione, lib. 10.* Alex. *conſil. 101. vol. 1.* & Natta *conſil. 114. num. 18.* Negant verò Bart. *in l. Privatæ 10. C. de excuſ. Muner. lib. 10.* Jaſon, *in l. 1. nu. 31. C. de jure emphyteut.* Boſ. *de Principe & Privilegiis ejus, num. 128.* Marcus Anton. Eugenius *conſil. 96. num. 22. libr. 1.* quos ſequitur Fachinæus. *libr. 1. Controverſ. jur. cap. 91.* Utraque opinio nititur non levibus Argumentis; ajens Pronunciatum robur ex eo obtinet, quod mutata perſonæ conditione, mutatur & rei conditio,

ditio, & res à perſonę cōditione debet, ęſtimari 15.
l. un. verſ. contraque C. de imponenda lucrativis deſcriptione, lib. 10. l. ult. in fin. C. de inoffic. Teſtam. l. per Curatorem 90. in fin. ff. de adquir. vel. amitt. hered. l. Locatio 9. §. fin. ff. de public. l. Fiſcus 6. ff. de jur. Fiſc. l. 1. §. ſi is qui bona 22. ff. de Collat. bonor. l. Cum neque 4. C. de Incol. lib. 10. c. un. §. fin. extra de jur. patron. in 6. Quapropter cum res ab Eccleſia, quæ immunis eſt à Collectis, per Emphyteuſin tranſit ad Laicum, non poteſt eſſe immunis à Contributionibus, quandiu poſſidetur à Laico. Neganti verò opinationi firmamentum in eo poſitum eſt, quod quando Dominus ex fundo aliquo non tenetur pręſtare Collectam neq; Emphyteuta ex eodē fundo in Emphyteuſin dato, Collectam ſolvere tenetur, *per d. l. Privatæ 10. C. de excuſ. Muner. lib. 10.* Accedit & illud, quod quicunq; poſſidet rem immunem à Collectis & Tributis, onera hæc præſtare non cogitur, *d. l. un. verſ. Contraq; ſi cujuslibet, C. de imponenda lucrativ. deſcript. lib. 10.*

Ego Diſtinctionis fœdere in concordiam haſce opiniones reduci poſſe autumo. 16.
Affirmantium procedere judico in Contributionibus ſive Collectis, quæ ad tempus ex improviſo præter morem ex ſumma neceſſitate publica indicuntur: ut ſunt Collectæ Turcicæ. Hæ enim præſtandæ quoque ſunt ex poſſeſſionibus Eccleſiaſticis, *l. Neminem 11. C. de SS. Ec-*

cleſ.& l. un.C. ut nemini liceat in coempt. ſpecier. ſe excuſare. Negantium opinioni locum eſſe reor in cæteris Contributionibus. Cum enim ipſa Eccleſia ex prædiis Eccleſiaſticis conſuetas Collectas præſtare non cogatur, *l. 1. l. 2. l. Placet, & Auth. Item nulla, Cod. de Epiſcop. & Cleric. c. Non minus & c. Adverſus, extra de immunitat. Eccleſ. c.3. eod. Tit. in 6.* Natta *conſil. 63.* Everhard. *conſil. 30,* Rutger. Ruland. *de Commiſſion. & Commiſſar. part. 4. cap. 6. num. 31.* Nec eas præſtare cogendus eſt Emphyteuta Eccleſiæ,
17. per rationes *antea* adductas. Non obſtat, quod mutata perſonę conditione, ipſius quoque rei conditio mutari dicitur. Id enim intelligendum eſt de mutatione magna, non de exigua, & levi mutatione, ut docet Lucas de Penna *in d. l. un. numer. 9. Cod. de imponend. lucrat. deſcript. lib. 10.* Qando autem Eccleſia, rem Eccleſiaſticam alicui in Emphyteuſin concedit, mutatio iſthæc non magna, ſed exigua & levis eſt. Non enim res illa omnino alienatur ab Eccleſia, cum ipſa retineat proprietatē; & variis contingere poſſit modis, ut Emphyteuſi finita prædium Emphyteuticum ad Eccleſiam pleno jure revertatur. Percipit quoq; Eccleſia quotannis ex ipſo prædio canonē ab Emphyteuta in directi Dominii recognitionē, *Novel. 7. c.3. §. ſcire autem Novel. 20. c. 8. Auth. Qui rem, C. de SS. Eccleſ. l. 2. & l. 3. C. de jure Emphyt.*

De

Digitized by Google

De conductore fundi ingens eſt Dd. diſſenſio. 18 Quidam generaliter tradunt, *fundi conductorem, non locatorem Collectas ex prædio conducto præſtare.* Ita ſentiunt Gl. *in l. 1. verb. Fructus*, & *ibi* Bart. *numer. 3.* & Joan. de Platea, *numer. 2. in fin. Cod. de annon. & Tribut. lib. 10.* Roman. *in d. l. Imperatores, 7. ff. de publican. & vectigal.* Jaſ. *conſil. 109. in fin. vol. 1.* Paul. Caſtrens. *conſil. 442. in fin. vol. 1.* Anton. Corſetus *in ſingularib. ſuis, verb. Locatio, 1.* Atque hanc communem dicit opinionem Emanuel Soarez *in theſaur. recept. ſentent. ſub lit. C. in verb. conductor, quicunque, numer. 206.* Eamque magnopere tueri videtur Textus *in l. ſi herede 32. §. Lucius 6. ff. de adminiſtr. & pericul. Tutor.* ubi Modeſtinus Juriſconſultus docet, *Conductores prædiorum teneri ad Contributionum onera, niſi Conſuetudo loci onera hæc locatori imponat.*

Nonnulli *Collectarum ſarcinam non conductorem, ſed locatorem ſuſtinere*, ſcribunt, quos citat Cacheran. *Deciſ. 83. numer. 6.* Vincent. de Franchis, *Deciſ. 107. numer. 1.* Roland. à Valle *conſil. 79. numer. 8. & ſeqq. vol. 4.* Ægid. Thomat. *Tract. de Contributionib. patrimonialib. §. Pauperes, num. 21. pag. 476.* & alii quos citat Petr. Auguſtin. Morla *in Emporio juris, part. 1. Tit. 10. In præmiſſis, num. 37.*

Aliqui verò diſtinguunt *inter conductorem,*

qui

qui ad longum conduxit tempus ſundum, *& eum conductorem*, *qui ſundum conduxit ad tempus breve*: *illum* dicunt *Collectarum oneri obnoxium*, *hunc non item*. Ita ſentiunt, quos refert Emanuel Soarez *in theſauro receptar. ſentent. ſub lit*, C. *in verb.* Conductor *ad longum tempus*, *num. 200.* & Vincent. Caroc. *Tractat. de locat. & conduct. Tit. de Collectis*, *num. 1 junct. numer. 7. pag. 134.*

Denique non deſunt, qui diſtinguendum putant *inter conductorem partiarium colonum*, *& eum conductorem*, *qui nummis conduxit. Illum pro rata portione fructuum ſuſtinere* ajunt *Collectarum onus*, *hunc non item*, Anton. Theſaur. *Deciſ. 116. numer. 8. & Deciſ. 22.* Roland. à Valle *conſil. 66. numer. 66. num. 29. vol. 1. & conſil. 61. num. 15. vol. 4.* Vincent. Caroc. *Tractat. de locat. & conduct. Tit. de Collect. numer.* Regn. Sixtin. *Tract. de Regalib. cap. 14. num 87.*

19. In hac opinionum varietate Juris Autoritas conſulenda eſt, & diſpiciendum, quid certi ex ea hîc definiendũ. Eſt autem Juris expediti, Collectarum realium ſarcinam illis tãtum incumbere, qui prædia poſſident, & poſſeſſionis fructus percipiunt *l. 1. & l. 2. C. de annon. & Tribut. lib. 10. l. Imperatores 7. ff. de publican. & vectigal. l. Fructus 13. C. de actionib. empti, vendit. l. ult. C. ſine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe.* Eſt & illud non incognitum juris axioma, quod conductor prędii nõ poſſidet illud,

ſed

ſed eſt tantum in poſſeſſione §. *Poſſidere autem, Inſtit. de interdict. l. 1. C. communia de uſucap. & l. 2. c. de præſcript. 30. vol. 40. annor.* Cui conſequens, conductorem prædii ex eo Collectas ſolvere non compelli: ſolvit ergo Collectas ex conducto prædio ipſemet locator, qui ſolus poſſidet fundum ab alio conductum, non colonus.

Verùm obſtare videtur Concluſioni huic Text. *in l. Neque Stipendium 13. ff. de impenſ. in res dotales factis, ubi* Paulus Juriſconſul. *Tributum* definit *onus eſſe fructum.* Quocirca fructus fundi cum percipiat conductor, dicendum videtur, quod & ille, non locator onus Collectarum ſuſtinere debeat. At quia Juriſconſul. agit *eo loco* de fructu fundi dotalis, quẽ fructum mariti eſſe oſtendit, ſimul tacitè ſignificat, quod & poſſeſſio ejus fundi ad maritum pertineat, cum fructus ad eum ſpectet, cujus eſt poſſeſſio. Siquidem poſſeſſionis commodum ſit fructus, *l. Titia 48. ff. de ſolut. l. 2.* ubi Bart. *C. de adquir. poſſeſſ.* Et quia Maritus eſt Dominus fundi dotalis, ut oſtendi *in commentar. meo ad L. Contractus 23. ff. de Reg. Iur. cap. 4. nu. 10.* neceſſum eſt, ut Dominium illud ex Poſſeſſionis traditione ad Maritum ſit profectum, *§. Per traditionem, Inſtit. de rer. diviſ. & l. 3. §. 1. ff. de public. in rem act.* Quin etiam Dominus fundi locator, quando mercedem pro locato

10.

11.

fund

qui ad longum conduxit tempus fundum, & eum conductorem, qui fundum conduxit ad tempus breve: illum dicunt *Collectarum oneri obnoxium, hunc non item.* Ita ſentiunt, quos refert Emanuel Soarez *in theſauro receptar. ſentent. ſub lit,* C. *in verb. Conductor ad longum tempus, num. 200.* & Vincent. Caroc. *Tractat. de locat. & conduct. Tit, de Collectis, num. 1 junct. numer, 7. pag, 134.*

Denique non deſunt, qui diſtinguendum putant *inter conductorem partiarium colonum, & eum conductorem, qui nummis conduxit. Illum pro rata portione fructuum ſuſtinere* ajunt *Collectarum onus, hunc non item,* Anton. Theſaur, *Deciſ. 116. numer. 8. & Deciſ. 22,* Roland. à Valle *conſil. 66. numer. 66. num. 29. vol. 1. & conſil. 61, num. 15. vol. 4.* Vincent. Caroc. *Tractat. de locat. & conduct. Tit. de Collect. numer.* Regn, Sixtin, *Tract. de Regalib. cap. 14. num 87.*

19. In hac opinionum varietate Juris Autoritas conſulenda eſt, & diſpiciendum, quid certi ex ea hîc definiendũ, Eſt autem Juris expediti, Collectarum realium ſarcinam illis tãtum incumbere, qui prædia poſſident, & poſſeſſionis fructus percipiunt *l, 1. & l. 2, C, de annon. & Tribut. lib. 10. l. Imperatores 7. ff. de publican. & vectigal, l, Fructus 13. C. de actionib. empti, vendit. l. ult. C, ſine cenſu vel reliquis fundum comparari non poſſe.* Eſt & illud non incognitum juris axioma, quod conductor prędii nõ poſſidet illud, ſed

ſed eſt tantum in poſſeſſione §. *Poſſidere autem, Inſtit. de interdict. l. 1. C. communia de uſucap. & l. 2. c. de præſcript. 30. vol. 40. annor.* Cui conſequens, conductorem prædii ex eo Collectas ſolvere non compelli: ſolvit ergo Collectas ex conducto prædio ipſemet locator, qui ſolus poſſidet fundum ab alio conductum, non colonus.

Verùm obſtare videtur Concluſioni 10. huic Text. *in l. Neque Stipendium 13. ff. de impenſ. in res dotales factis*, *ubi* Paulus Juriſconſul. *Tributum* definit *onus eſſe fructum.* Quocirca fructus fundi cum percipiat conductor, dicendum videtur, quod & ille, non locator onus Collectarum ſuſtinere debeat. At quia Juriſconſul. agit *eo loco* de fructu fundi dotalis, quẽ fructum mariti eſſe oſtendit, ſimul tacitè ſignificat, quod & poſſeſſio ejus fundi ad maritum pertineat, cum fructus ad eum ſpectet, cujus eſt poſſeſſio. Siquidem poſſeſſionis commodum ſit fructus, *l. Titia 48. ff. de ſolut. l. 2.* ubi Bart. *C. de adquir. poſſeſſ.* Et quia Maritus eſt Do 11. minus fundi dotalis, ut oſtendi *in commentar. meo ad L. Contractus 23. ff. de Reg. Iur. cap. 4. nu. 10.* neceſſum eſt, ut Dominium illud ex Poſſeſſionis traditione ad Maritum ſit profectum, §. *Per traditionem, Inſtit. de rer. diviſ. & l. 3. §. 1. ff. de public. in rem act.* Quin etiam Dominus fundi locator, quando mercedem pro locato

fundo

fundo à conductore accipit, fructus illius fundi percipere cenſetur, *per Text. in l. Prædiorum 36. & l. videamus 19. in prin.* ubi Bart. & alii *ff. de uſur.* & docet Arius Pinel. *ad l. 1. C. de bonis matern. part. 2. num. 72. pag. 221.* Cacheran. *Deciſ. ſenatus Pedemontan. 83. num. 6.* & Petr. Auguſtin. Morla. *in emporio juris, part. 1. in præmiſſis, n. 37.* Cum ergo locator fundi & poſſideat fundum, & fructum ejus capiat, meritò Collectarum ſarcinam ſuſtinet.

Nec quicquam decerpit huic Concluſioni noſtræ, quod etiam fructuarius ex fundo fructuario præſtare Collectas jubetur, *l. uſufructu 7. §. ſi quid 3. ff. de uſufructu.* Cum tamen fructuarius non poſſideat fructuarium prædium, *§. Fructuarius verò, Inſtit. Per quas perſon. cuique acqiur. l. Adquiritur 10. §. ult. verſ. uſufructuarius verò, ff. de adquir. rer. Domin. l. certè 6. §. Is, qui rogavit 2. ff. de precario, & l. pen. §. 1. verſ. eum verò ff. Qui ſatisdare cog. l. Celſus 5. §. Iulianus, ff. ad exhibendum. Quibus locis uſusfructuarius poſſidere negetur, & tantum in poſſeſſione eſſe di-*
22. *citur.* Non, inquam, id obſtat: Licet enim fructuarius verè & propriè nõ poſſideat fructuarium prædium, poſſidet tamen naturaliter, *l. Naturaliter 12. in prin. ff. de adquir vel amitt. poſſ.*
23. Quin etiam ipſum jus utendi fruendi poſſidet civiliter, & ſuo proprio jure, *l. ult. ibi, ſi uſusfructus ſibi quis defendat poſſeſſionem, ff. uti poſſidetis, d. l. Ad-*

Digitized by Google

l. *Adquiritur* 10. §. *ult.ff.de adquir. rer. Domin. L. Ait Prætor* 23. §. *Item ei* . *ff. Ex quibus cauſis major. l.* 3. 4. & 5. *ff. ſi uſusfruct. pet.* Cujac. *libr.* 18. *Obſervat. cap.* 24. Henric. à Roſenthal. *Tractat. feudal. cap.* 8. *Concluſ.* 1. *num.* 10. & *ibid. in addit. ſub. lit.* H. & *cap.* 7. *Concluſ.* 17. *numer.* 9. *in fin.* Herman. Vult. *ad Princip. Tit. Inſtit. de interdict. num.* 19. Atque hinc fructuario quoq; compe- 24.
tit interdictum uti poſſidetis, *l. Aquilius* 27. *ff. de donat.* & *l. ult. ff. uti poſſidet.* Cujac. *ad l.* 4. §. *ſi viam ff. de uſurpat.* & *uſucap.* ut interdictum unde vi, *l.* 3. §. *In id quod,* 13. *ff. de vi & vi armat.* At conductori prædii alieni non com- 25.
petit interdictum, *l.* 1. §. *dejicitur,* & *l. ult. ff de vi & vi armat.* Deniq; nõ imminuit Concluſionis noſtræ veritatem Textus in *d. l. ſine herede* 32. §. *Lucius Titius* 6. *ff. de adminiſtrat. & peric. tutor.* Modeſtin. enim Juriſconſul. de Contributione ſolum temporaria agit, ut diſertè verba Textus oſtendunt, de qua Contributione agit quoque Paulus Juriſconſul. *in l. Quæro* 28. *ibi, Indictiones temporariæ indictæ, ff. de uſufructu, & reditu legat.* Temporaria autem Contributio dicitur 26.
extraordinaria, & quidem improviſa Contributio, quæ temporis cauſa ex prædii fructibus indicitur, veluti ob tranſitum Exercitus, cum poſſeſſores, & detentatores, per quorũ prędia Exercitus tranſit, fructus conferre coguntur, *d. l. ſi pendentes* 27. §. *ſi quid, verſ. Ergo &*

quod,

quod, ff. de uſufructu, Cujac. *in d. l. Quæro 28. ff. de uſu, uſufruct. & reditu legat.* Diſtinguendum igitur in expedienda hac Queſtione inter Collectas ordinarias, ſive ſolennes, & temporarias ſive extraordinarias, & improviſas Collectas ex fructibus prædii conferendas. Illas non conductor, ſed locator præſtat: has verò ſolvit prædii conductor.

27. Ideo autem hanc temporariam Contributionem pendere cogitur non locator, ſed conductor fundi, q̄ illius exactio ob præſentē Exercitus tranſitum moram patitur nullam, & paratior ac prōtior illa eſt in conductoris perſona, quæ non modo in poſſeſſione fundi eſt, ſed & fructus fundi penes ſe Collectas habet: Dominus verò fundi locator ipſós fundi fructus, de quibus tranſeunti Exercitui repentè

28. ſubveniendum eſt, penes ſe non habet. In exigendis autem Collectis ſpectandum maximè, ut earum præſtatio, cum opus eſt, facilis & prompta eſſe poſſit, per ea, quæ tradit Anton. Faber. *in Codice ſuo Fabriciano, lib. 9. Tit. 29. Definit. 2. & 9.*

29. Viderunt quoque & intellexerunt Dd. noſtri eam difficultatem, quam adfert Textus *d. l. ſine herede 32. §. Lucius Titius, ff. de adminiſtrat. & peric. Tutor.* Verum non animadverterunt Modeſtinum Juriſconſul. loqui *non generaliter de omni Collecta: ſed tantum de temporaria &*

Digitized by Google

ria & inproviſa ex prædii fructibus præſtanda Contributione. Unde alii aliter verba Juriſconſul. acceperunt. Pleriq; *generaliter* accipiunt Textum *Legis illius de omni Collecta, quam prædii conductorem præſtare* ajunt, ſed malè, ut *hactenus* oſtendi. Joan. de Platea *in d. l. 1. C. de annon. & Tribut. lib. 10.* & eum ſequutus Jaſon. *conſil. 109. num. 3. verſ. Quia ad hoc clarè reſpondeo*, ut & alii nonnulli *interpretantur Textum in d. l. ſine herede, §. Lucius, ff. de adminiſtr. & peric. Tutor. de merè reali Contributione; non de ea, quæ perſonæ pro rebus imponitur. Contributionem autem merè realem* Jaſon. *dicto loco eam eſſe* dicit, *quæ pro viæ refectione, vel pro Exercitus tranſitu indicitur.* Baldus verò *in d. l. 1. nu. 5. C. de annon. & Tribut. libr. 10.* & Roland. à Valle *dict. conſil. 79. num. 15. vol. 4. hanc Collectam* definiunt *eam, quæ diſpoſitione Legis, ex corpore fructuum præſtatur*, ut ſi indicatur ea in aliqua certa fructuum parte.

Atqui licet verum ſit, Modeſtinum Juriſconſul. de reali diſſerere Contributione. Agit enim diſertè de annonis & Tributis, quæ munera ſunt realia, & quidem merè realia, ut quæ poſſeſſionibus indicuntur, non toti & univerſo Patrimonio *l. 1. & l. 2. C. de annon. & Tribut. lib. 10. l. Reſcripto 6. §. pen. & ult. l. Munerum 18. §. Patrimoniorum ff. de Munerib. & Honorib. & l. Ab his 10. in prin. ff. de vacat. muner:* haud tamen inde ſequitur, quod conductor ex

prædio conducto omnem præſtare Collectam realem cogatur. Cum n. hanc Contributionẽ pendere ſolum teneatur ille, qui poſſidet prædia, ut *ſupra* docui; Conductor a. non poſſideat prędium conductũ, ſed locator, ut ſimiliter *antea* oſtẽdi, patet inde, ꝙ conductor regulariter ex fundo cõducto nec realem præſtet Contributionem. Quocirca Text. *in d.l.ſine herede 32.§. Lucius, ff.de adminiſtr. & peric.Tut.* ſpecialiter intelligendus eſt tantũ de illa Contributione, de qua nominatim loquitur, puta de Collecta ſolũ temporaria, i.e. improviſa Collecta, quæ extra ordinẽ & inſperatò in ipſis fructib. indicitur. Arius verò Pinel *in l.1.part.2.n.72.C.de Bonis matern.pag.224.v. Ego a. melius*, negat, Juriſconſul. Modeſt. *Regulam tradere, & certũ quid decidere in d.l.ſine herede §.Lucius, ff.de adminiſtr.& peric. Tutor.* ſed ait, *ipſum referre ſaltem loci Conſuetudinẽ, quæ excuſet Curatorem, quando præſtat annonas & Tributa ex prædio minoris alii cuidam locato.* Sed eſto, ꝙ Modeſtin. Juriſconſul. *dicto loco* diſertè nõ tradat Regulam. *de ſolvenda Contributione ab ipſo locatore, vel conductore*; eo ipſo tamen, quod ſcribit, *Civitatis Conſuetudinem requirere, ut Domini prædiorum, non conductores temporaliũ annonarũ & Contributionũ onus ſuſtineant*, ſatis ſuperq; declarat, & definit *jus commune onus hoc cõductori imponere, non locatori*: atq; ita certũ aliquid decidit Juriſconſul. quemadmodũ *ibidem* Alberic. & Cuman. notant. Verum, ut oſtendi, Modeſt. loqui-

loquitur tantum de temporaria & improviſa Indictione Collectarũ. Quocirca immota manet Regula de ordinariis Cõtributionibus, ſive Collectis, q̃ ſcil. locator, non conductor has præſtet. Quapropter errore imbuta eſt ejuſdem Pineli Opinio dicta *in ead. l. 1. part. 2. nu. 72. pag. 223. verſ. 6. in colligente, C. de Bonis matern.* ubi tradit, *quod colligens fructus ex cauſa oneroſa, qualis eſt conductor, ad onera extraordinaria, & inſueta nõ teneatur.* Contrarium n., quo ad temporariam Contributionẽ expreſſe deciſum eſt *in d. l. ſine herede 32. §. Lucius Titius ff. de adminiſtr. & peric Tutor.* Idem Pinel *loco eodem, ver. 3. in eodem articulo, pag. 222.* docet, *ſi onera & Tributa realia ſint notoria & conſueta, procedere opinionẽ Gloſſæ in d l. 1. §. Fruct. C. de annon. & Trib. l. 10.* exiſtimantis: *conductorem, non locatorem ex conducto fundo præſtare Collectã realem: Tum quia hoc caſu ex natura & Cõſuetudine rei videatur tacitè conventum inter locatorem & conductorem, ut hic Collectam ſolvat l. ſemper in ſtipulationib. ff. de Reg. Iur. Tum quia conqueri non poſſit conductor de onere hoc reali, cum illud ſit notoriũ, proindeq; regulariter id ignorare non liceat: Cum poſtremò quia onus reale non perſonã, ſed ipſam rem ſequatur, d. l. Imperatore, 7. ff. de publican. & vectigalib. & l. 2. in fin. C. ſine cenſu vel reliquis.* 30.

Ceterum hanc Pineli opinionem cum manifeſto errore cõjunctam eſſe vel ex eo patet, quod conſueta & ordinaria Contributio,

Digitized by Google

ſive Intributio & Collecta, quæ munus reale
31. eſt, poſſeſſori tantum oneri eſt, non ei, qui non poſſidet, *d. l. Imperatores 7. ff. de publican. l. 1. & l. 2. C. de annonis & Tribut. lib. 10. l. ult. C. ſine cenſu vel reliquis & l. Fructus 13. C. de action. empt. vendit.* Cum ergo locator prædium, ab alio cõductum, poſſideat, non conductor; certè non hic notoriam, ordinariam & conſuetam Collectam pendere tenetur.

Non accipit robur Pinelli opinio ex rationibus, quibus ipſe nititur. Duo quippe Argumenta priora Authoritati Juris planè adverſantur. Cum enim Collectarum onus non conductori, ſed locatori, ut fundi poſſeſſori incumbat, tacita conventione ad conductorem tranſire non poteſt. Quin etiam nec conventione expreſſa rejici in conductorem poteſt, cum proprium ſit adjunctum poſſeſſoris fundi, & ab eo ſolum exigi poſſit, non ab alio, *tot. Tit. Cod. ſine cenſu fundum comparari non poſſe.* Tertia ratio eum duntaxat reſpicit, ad quem rei vera poſſeſſio tranſit, cujuſmodi conductor fundi non eſt.

Qui *conductorem fundi ad longum tempus Collectarum onus ſuſtinere* ſcribunt, utuntur Argumento à comparatione Similium. Similem etenim hunc conductorem putant Emphyteutæ, & uſufructuario, cui utrique Collectarum ſarcina jure imponitur, ut *ſupra* oſtendi.

Atqui

Atqui à Simili Argumentum, licet etiam in jure admittatur, uti arguit Textus *in l. Liber homo, 118. in prin. verſ. Hoc itaque latere, ff. de verb. obligat.* Attamen non ſemper procedit, *l. 2.* 32
C. de conditionib. inſert. Et quidem locus illi non eſt, quando aliud in jure deciſum reperitur; quando item diſſimilitudo, & diverſitas aliqua inter res comparatas appareret, etiam parva, Everhad. *in Topic. Legalib. in Loco à Simili, num. 11. verſ. Argumentum autem à Simili, & verſ. Quartò non procedit,* & Matthias Stephani, *lib. 2. Topic. in Loco 94. num. 6.* Conſtat autem ex Jure noſtro, quod locator regulariter, non conductor onus Collectarum ſubire jubetur, quemadmodum reddidi manifeſtum *ſuprà,* & evincitur *ex l. 4. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Diſſimilitudo item & diverſitas apparet nõ exigua inter Emphyteutam & conductorem. Emphyteuta enim poſſidet prædium Emphyteuticum, ut docui *ſupra,* conductor verò fundum conductum non poſſidet, *l. Certè 6 §. Is qui rogavit, ff. de precario, §. Poſſidere autem, Inſtit. de interdict.* Uſufructuario item competunt interdicta, cũ non modò fructuarium prædium naturaliter, ſed & ipſum jus utendi fruendi civiliter poſſideat; Conductori verò prædii conducti nomine nõ competunt interdicta, ſicuti *paulò ante* oſtendi. Et quia conductor prædii ad tempus longũ non minus conductor eſt, quam qui ad

breve tempus conduxit, *l. viam veritatis 10. Cod. de locat. conduct. l. 1. & l. ult. C. de locat. prædior. civil. lib. 11. diverſitas hic inter eos conſtitui non debet.* Ruin. quoq; *conſil. 77. num. 6. vol. 1.* rejicit hanc Diſtinctionem, quò ad Collectarum onus, ut & Roland. à Valle *dict. conſil. 79. num. 13. vol. 4.*

Quod illorum attinet opinionem, qui exiſtimãt, *partiarium colonum pro rata fructuum portione Collectam ex conducto fundo præſtare*, concidit illa ex iiſdem rationibus, quibus generaliter probatum eſt *ſupra*, locatoris, nõ conductoris eſſe dependere ex fundo cõducto Collectam. Et quia locator non modò poſſidet fundum alii locatum, ſed & partem fructuum à conductore capit penſionis loco, jubetur meritò & onus Collectarum ſubire, per juris Text. *ſupra* adductos, quibus ſarcina hæc poſſeſſori, qui fructus percipit, jure imponitur. Nõ obſtat, quod & conductor partem fructuum capit, tum quia ipſe non poſſidet, per jura *ſupra* allegata; tum etiam quia fructus, quos percipit, habentur loco operæ, laboris & ſumptuũ
33. in cultura fundi factorum. Idcirco propriè nõ dicuntur fructus, cum fructus dicantur deductis ſumptibus, *l. 1. ubi* Bart. & alii *C. de fructib. & lit. expenſ. l. Fructus, 7. in prin, ubi* idem Bart. Alex. Jaſ. & communiter Dd. *& §. ult. ff. ſolut. Matrim.* Felin. *in c. Ad noſtram, num. 3. extra de jure jurand.* Paul. Caſtrenſ. *conſil. 33. numer. 17. vol. 1.*

& in

& in noſtris terminis Cacheran. *Deciſ. Senatus Pedemontani 83. num. 7.*

Neq; etiam refragatur, quod conductor 34 Decimas ex fundo conducto præſtare tenetur, *c. Nobis & c. Tua nobis, verſ. Et cum de cunctis, extra de Decimis,* Diverſa enim ratio eſt Decimarum. Hæ enim intuitu animarum Deo præſtantur, & ob id ſunt favorabiles, *dict. c. Tua nobis, extra d. t. l. ſancimus res 22. C. de SS. Eccleſ.* Contributiones verò ſive Collectæ præſtantur Fiſco, proindeque ſunt odioſæ, Bart. *in l. ſi pupillus 21. §. ult. ff. ad leg. Falcid.* Jaſ. *in d. l. Fructus 7. num. 17. ff. ſolut. matrim.*

Ad hæc Decimę ſunt pars fructuum, qui ex prædio naſcuntur *c. Tua nobis; verſ. Et cum de cunctis, extra de Decimis,* cum ergo conductor fructus prædii percipiat, jure etiam Decimas præſtat. Cacheranus autem *dict. Deciſ. 83. nu. 7.* opinatur, ſi deductâ impensâ aliqui fructus ſuperſint, eorum ratione conductorē fundi contribuere teneri; ſed opinio hæc mihi planè diſplicet: tum quia & hìc ceſſat generalis ratio, cur conductor Collectam pendere non cogatur, quæ eſt, quia non poſſidet fundum 35 conductum: Tum etiam, quia cum locator fundi non modò ipſum poſſideat fundum, ſed & pro pēſione partem fructuū capiat, ſolus pendere Contributionē cogitur, per jura *ſupra* citata, quæ volunt realē Collectā poſſeſſionib. in

dictam ab eo exigendum eſſe, qui & poſſidet, & fructus poſſeſſionis capit. Tum poſtremò, quia ſi conductor fundi partiarius ratione fructuum, qui deductis impenſis ſuperſunt, Contributionem præſtare cogeretur, æquè ad hoc onus ſubeundum compelli poſſet conductor, qui penſionem nummariam ſolvit, ſiquidem ille omnes conducti prædii fructus capiat. Quia verò neque hic conductor nomine fructuum, qui deductis expenſis ſuperſunt, Collectas pendere tenetur, ut ipſemet quoq; Cacheranus *dicto loco* ſentit, certè nec partiarius colonus, ſive conductor propter eoſdem fructus Contributionis onus ſuſtinere cogendus eſt. Verum igitur manet, nullum conductorem, ad Contributionis onus ſuſtinendum jure cogi, præterquam ſi Contributio ſine Collecta ſit temporaria, id eſt improviſa, ut quæ repentè Exercitui tranſeunti de fructibus prædii conducti præſtanda eſt, *per d. l. ſine herede 32. §. Lucius Titius, ff. de adminiſtr. & peric. Tutor:* quam tamen Collectam conductor repetere à locatore, vel computare in penſionem poteſt, *per Text. in l. 1. §. Conſtruat, 3. verſ. Quicunque, ff. de via public. & ſi quid in ea factum eſſe dicat.* Et docet præter alios, quos citat Jaſ. *in l. 1, num. 27. 28, 30. & 32. C. de jure Emph.* & Arius Pinel. *in d. l. 1. part. 2. numer. 72, pag. 226. verſ. Ex quo ex paritate rationis, & verſ. ſeqq. C. de bonis matern.*

Deniq;

Denique & illud hîc notandum, quod 36.
conductor eo quoque caſu Contributionem ſive Collectam dependere cogitur ordinariam & conſuetam, ſi ei Conſuetudo hoc onus imponat, *arg. Text in d. l. ſive herede, §. Lucius Titius, ff. de adminiſtr. & peric. Tutor. L. Litibus 20 §. Hæc de reditibus C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Jaſ. *in l. 1. num. 32. C. de jure Emph.* Pariſ. *conſil. 25. num. 54. & 97. vol. 1.* Cacheran. *Deciſ. Senatus Pedemontani 83. in fin.*

Quæſtionem de Vaſallis ancipitem, an feudalibus ex prædiis Contributionem præſtare teneantur, propoſui & expedivi *ſupra*, ubi negativæ patrocinium præſtiti, niſi Imperialis Turcica ſit Collecta.

Quæritur, ſi plures ſint communis Ter- 37.
ritorii poſſeſſores & Domini, à quo Imperialis Collecta exigi poſſit? Poſſeſſorem autem gentilitiæ Domus, deß Stam-Hauſes, Contributionem hanc præſtare cautum eſt *in Receſſu Imperii Ratisbonenſi de Anno 1576. §.* Bey Berahtſchlagung dieſes Articuls / *pag. 31.* ubi additur, *quod poſſeſſor à conſortibus viriles portiones repoſcere in Camera queat.* Quod idem etiam cautum *in l. Cum poſſeſſor 5. in prin. ff. de cenſib.* ubi Papin. Juriſconſult. ſcribit, *quod à Fiſco ceſſa actione experiri poſſit adverſus conſortes, qui ſolus Collectam ſolvit.*

Quod de poſſeſſore prædii dictum eſt 38.

ſupra, idem quoque dicendum de eo, qui ex ſecundo Decreto prædium poſſidet. Cum enim hic verè poſſideat, ut etiam poſſidendo capere Dominium poſſit, *l. Prætoris, 5. in prin. l. His qui, 12. l. ſi finita 15. § Iulianus 16. & §. ſeq. §. ſi de vectigalibus 26. & §. Poſteaquam 33. l. Damni 18. §. pen. l. Cum poſtulaſſem, 44. §. 1. ff. de damno infect. l. 1. ff. de fundo datal. l. 3. §. ult. ff. de adquir. vel amit. poſ. d. l. uſufructu. 7. §. 1. verſ. unde etiam, ff. de uſufructu.*

39. Certum eſt, quod & Contributionum onus ſuſtineat *l. 1. & l. 2. Cod. de annon. & Tribut. libr. 10. d. l. Imperatores 7. ff. de public. & vectigal. l. Fructus 13. Cod. de actionib. empt. vendit.*

40. Eſt & illa hujus loci Quæſtio elegans de cenſuali prædio, utrum ex illo cenſuarius, qui vendidit cenſum prædii ſui, vel emptor ſive Dominus cenſus, der Zinß Herr / cui præſtatur annuus cẽſus, Collectã ſolvere cogatur. Quia autem onus proprium eſt emptoris *l. debet 27. verſ. Quid ergo, ff. de ædilit. edicto*, Carol. Molinæ. *Tractatu commercior. Quæſt. 6. numer. 129. pag. 119.* Franciſc. Burſat *conſil. 56. num. 16.* qui uterque varios Dd. pro hac ſententia allegat, dicendum videtur Domino & emptori cenſus incumbere Contributionis onus: in quam ſententiam inclinare videri quoq; poteſt Felicianus de Solis, *lib. 2. de cenſib. cap. 6. numer. 2. &*

Roderic.

Roderic. *lib. 2 de annuis reditibus, numer. 1. & 2.* tum etiam Rutger. Ruland. *de commiſſ. & commiſſionib. part. 4. libr. 2. cap. 6. num. 59.* Joan. Camman. *Diſputat. Politico-juridica 12. Theſi 29.*

Cæterum quia venditor cenſus prædii cenſualis Dominus & poſſeſſor manet, ac fructus ex eo percipit ſuo & proprio nomine, ipſemet tenetur dependere Contributionem ſive Collectam Poſſeſſionibus indictam, *per Text. in. d. l. 1. & 2. Cod. de annonis & Trib. lib. 10. l. Imperatores, 7. ff. de publican. & vectigal. l. Fructus 13. Cod. de action. empt. vendit.* Atque hanc ſententiam tenet Petr. Surd. *conſil. 162. num. 26. & ſeq. lib. 2.* Non obſtat *d. l. Debet. 27. verſ. Quid ergo, ff. de ædilit. Edict.* Eſt enim exaudiendus ille locus de emptore corporis, puta fundi, aut alterius corporis, non juris, ut eſt cenſus annuus. Quinetiam loquitur Juriſconſ. de vectigali, quod Contractus nomine emptor ſolvere tenetur, non quod poſſeſſioni imponitur, de quo vectigali accipi quoque poſſunt Dd. qui Collectarum onus emptori annui reditus incumbere ſentiunt.

De eo quoq; hic poteſt quæri, an poſſeſſor 41.
prędii novus, puta emptor, dependere cogatur Contributionem temporis præteriti, ut quam anteceſſor ejus, puta venditor, præſtare debuit, aut prior poſſeſſor, venditor ſcilicet, eam ſolvere

ſolvere teneatur? Ab emptore autem prædii, ut poſſeſſore, Collectam præteriti quoq; temporis exigendam eſſe, arguit Textus expreſſus *in d. l. Imperatores, 7.* ubi gl. & Dd. *ff. de publican. & vectigal.* Et docent Federic. de Senis, *conſil. 72.* Barbat. *conſil. 84. col. 4. vol. 3.* Socin. *conſil. 217. verſ. Decimò confirmatur, vol. 2.* Communem dicit Abbas *in c. Paſtoralis, numer. 5. extra de Decimis,* Cravet. *conſil. 217. numer. 7. & ſeq.* Natta *conſil. 71. num. 2.* Ar. Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 27. verſ. Nonò ampliatur, C. de Bonis matern.* Cavalcan. *Tractat. de uſufruct. Mulier. relict. num. 162.* Et quod novus poſſeſſor teneatur pro Collecta temporis præteriti ſentit quoque Caſtrens *in d. l. Imperatores in prin. & circa finem, ff. de publican. & vectigal.* & Natta
42. *conſil. 71. in fin.* Ratio eſt, quia prædia pro Collectis tacitè ſunt jure Hypothecæ obligata, *l. 1. ubi* Gl. Bart. & Bald. *Cod. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tacitè contrh. l. Cum poſſeſſor 5. §. ult. ff. de cenſib.* Jacob de Aret. Cyn. Bart. Aret. Alex. & Jaſ. *in l. cum ſervus 39. §. Heres, ff. de legat.* Neguzant. *de pignorib. & hypothec. 4. membr.*
43. *ſecundæ part. num. 125.* Bona autem obligata tranſeunt cum ſuo onere & cauſa in quemcunque poſſeſſorem *l. Alienatio 67. ff. de contrah. empt. l. ſi convenerit 18. § ſi fundus, ff de pignor. act.*

44. Verum Pronunciato huic obloqui vehementer videtur Text. *in d. l. Cum ſervus 39. §. Heres co-*

res cogitur, ff. de leg. 1. ubi Juriſconſul. Ulpian. ſcribit *heredem, non legatarium, cui legatus eſt fundus, cogi dependere Tributum temporis præteriti, quo teſtator vixit.* Caſtrenſis quoque *conſil. 275. num. 15. vol. 1.* ſcribit, *quod Obligatio præ-* 45.
ſtantjæ actualiter ineſſe producatur, poſt quam indicta eſt. Unde ſi indicatur vivente teſtatore, tenetur ſolus heres ad illius ſolutionem non autem legatarius, cui fundus eſt legatus, Alex. item *in d. l. Cum ſervus 39. § ſi quis num. 6. ff. de legat. 1.* poſt Speculat. & Bald. dicit, *quod tempus* 46.
impoſitæ Collectæ inſpiciatur, non autem tempus, quò illa venit ſolvenda: Et ideo ſi fuit impoſita Collecta vivente Teſtatore, res eſt obligata; ſed ea re legata, tenetur heres Collectam ſolvere, & rem obligatam liberare: Et ideo videmus, quod heres tenetur ſolvere pro tempore, quo Teſtator vixit. In eandem ſententiam conſuluit quoque Surd. *conſil. 146. num. 13. & 23. lib. 1.*

Verum enimverò non alium hæc ſen- 47.
ſum habent, quam quod hæres quidem nomine Collectæ illius, quæ vivo Teſtatore indicta fuit, fundo legato, at non ſoluta, obligatus ſit, ut legatarium indemnem ſervet, *d. l. Imperatores 7. in prin. verſ. Eoque Exemplo ff. de public. & vectigal.* Atqui Fiſcus non neceſſe habet, heredem convenire, ſed à ſolo fundi poſſeſſore exigere Collectam etiam pro tempore præ-

terito

Digitized by Google

territo poteſt, ut non modo convincitur *ex d. l. Imperatores 7. in prin. ff. de publican. & vectigal.* ſed & docet Papinian. Juriſconſultus *in d. l. Cum poſſeſſor 5. §. ult. ff. de cenſib.*

48. Cujac. tamen *in Commentar. libr. 19. Reſponſor. Papiniani, in explicat. dict. l. 5. §. ult. ff. d. t.* autumat, in arbitrio eſſe Fiſci, perſonali actione convenire, an velit pro Collecta præteriti temporis heredem Teſtatoris, omiſſo legatario: Cujus opinionis veritatem tueri & illud videtur, quod Fiſco hypotheca jure comparata eſt in prædio Collectâ onerato, *d. l. 1. Cod. in quib. cauſ. pign. vel Hypothec. tac. contrah. d. l. 5. §.*

49. *ult. ff. de cenſibus.* Hypotheca autem conſtitui non poteſt, niſi Obligatio quædam perſonalis præceſſerit, cujus acceſſio ſit hypotheca, *l. 4. ibi propter aliquam Obligationem, & l. ſeq. verſ. Sed & futuræ Obligationis nomine, ff. de pignorib. & hypothec.* Cum ergo Teſtator perſonaliter quoq; obligatus fuerit nomine Collectæ prædio legato indictæ, tranſit etiam in heredem iſthæc Obligatio, & ut Teſtator conveniri ex ea Obligatione potuit, ſic & ipſius heres poteſt conveniri, cum ſuccedat in univerſum jus defuncti, activè & paſſivè, per vulgata jura

50. *in l. Heredem 50. & l. Hereditas 62. ff. de Reg. jur. & l. Hereditatis appellatio 119. ff. de verb. Obligat.* Et quia Teſtator, ac poſt eum heres, obligatus eſt Collectæ illius nomine, Obligatio illa non

tolli-

tollitur translata prædii Poſſeſſione in legatarium, cum ſingularis perſona non ſuccedat in anteceſſoris ſui Obligationem perſonalem, *l. ult. §. ult.* ubi gl. & Dd. *ff. de contrah. empt. & vendit. & l. 1. §. ſi heres 16. ff. ad Senatus-Conſultum Trebell. & l. Actionum, 25. in prin. verſ. Et ſemper, ff. de Obligat. & Actionib.* Poteſt ergo Fiſcus Collectæ nomine vel antiquum convenire poſſeſſorem, qui tempore indictionis poſſidebat prædium, vel poſſeſſorem novum etiam pro tempore præterito. Sic poſſeſſor prædii hypothecæ jure obligati conveniri poteſt, ut vel debitum ſolvat, vel hypotheca cedat, *l. 2. Cod. ſi unus ex plurib. hered. creditoris vel debitoris partem ſuam debiti ſolv. vel accep.* 51. 52. 53.

Quod ſi autem poſſeſſor prædii conventus de præterito tempore ſolverit Collectam, poteſt eam ab anteceſſore ſuo repetere, *d. l. Imperatores 7. in prin. verſ. Eoque exemplo, ff. de public. & vectigal. & l. unic. §. conſtruat autem, in fin. ff. de via publica, & quid in ea factum eſſe dicat.* 54.

Non eſt hoc loco omittenda Quæſtio, 55. num in caſu, quo univerſo patrimonio per æs & librã Collecta indicitur, de pecunia mutuò data creditor, vel debitor Collectam præſtet? Quia verò pecunia mutuò data in debitoris tranſiit Dominium, *l. 2. §. Appellata*

eſt,

eſt ff. de reb. credit. & *l. 1. §. 2. ff. de Oblig.* & *Actionib.* & *§. 1. verſ. Et quoniam nobis, Inſtit. Quib. mod. re contrah. Obligat.* Videtur eidem quoque incumbere onus Collectarum, quæ univerſo indictæ ſunt patrimonio. At quia iſthæc pecunia locupletiorem non efficit debitorem, cum reddere eam creditori quantitate & bonitate eadem cogatur, *d. l. 1. §. Re contrahitur, ff. de Oblig.* & *Action. l. 2. §. 1.* & *l. 3. ff. de reb. credit.* proindeque ipſe creditor illius nomine actionem adverſus debitorem habeat, quæ actio in bonis ipſius eſt, *l. Bonorum 49. verſ. Æquè bonis,* ubi Bart. & alii Dd. *ff. de verb. ſign. l. is qui actionem 15. ff. de Reg. jur. l. A Divo Pio 15. §. ſic quoq; judices 8. ff de re judic.* & *l. Etiam 5. C. de execut. rei jud.*

56. Bona autem cujuſque intelliguntur, quæ deducto ære alieno ſuperſunt *l. ſubſignatum 39. §. Bona, ff. de verb. ſignif. l. Generali 32.* & *l. fin. ff. de uſu* & *uſufruct. legat. l. cum autem 9. ff. de legat. 2.* Convenit, ut de mutua pecunia collectetur nō debitor, ſed creditor, per Text. *in l. 4. §. 1. ff. de cenſib. l. 4. §. Deficientium, ff. de Munerib.* & *Honorib.* & *l. 2. C. de Alluvionib.* Idque tradunt etiam Bald. *in Rubric. C. de reb. credit. num. 4.* & *ibid.* Salic. *num. 12.* Idem Bald. *in l. ſi prædium 4. num. 6. C. de ædilit. action.* Alex. *conſil. 51. num. 4. vol. 3.* Socin. *conſil. 247. num. 2.* & *3. vol. 2.* Rauchbar. *Quæſt. 18. num. 4. part. 1.*

57. Prædicto caſu de annuis quoque reditibus,

bus, qui eos capit, Collectas debet Reichs-Abſchid zu Speyr *de Anno 1542.* §. vnnd dieweil nuhn Fünfftzig ꝛc. *&* §§. *ſeqq. pa. 285. & ſeqq.* quas tamen debitor, qui præſtare tenetur, eos cenſus ſolvere jubetur jn loco domicilii ſui, quas creditori poſtmodum imputare poteſt, uti arguit idem Receſſus Imperii, §. vnnd damit von ſolchen ꝛc. *pag. 286.*

Huic Quæſtioni proxima eſt illa: num valeat Conventio, ut debitor, qui mutuos accepit nummos, Collectam præſtet, non creditor, qui mutuam ei dedit pecuniam? Hanc a. Conventionem, ſi pactum ſit nudum, nihil prodeſſe creditori ex eo convincitur, quod pactum ſtricto negocio adjectum actionem parit nullam, *l. petens 27.* & *l. ſeq. C. de pact. l. ſi tibi decem 17. in prin. ff. de pact. l. Rogaſti 11. §. ſi tibi dedero, ff. de reb. credit.* Alciat. *lib. 5. paradox. cap. 2.* Cujac. *in d. l. ſi tibi decem 17. ff. de pact. & lib. 2. Obſervat. cap. 15. lib. 10. Obſerv. cap. 28.* & ad African. *Tractat. 8. in explicat. l. Titius 24. ff. de præſcript. verb. & in Comment. in lib. 3. Quæſt.* Paul. *in explic. l. Lecta 40. ff. de reb. credit. pag. 69. & ſeq.* Donel. *ad l. In bonæ fidei 13. C. de pact.* 58. 59.

Quod ſi non pactum, ſed ſtipulatio ſit Conventio illa, nihil ea prodeſt Fiſco, cui pro mutua pecunia debetur Collecta: Siquidem unius ſtipulatio alteri non proſit, *l. ſtipulatio iſta 38. §. Alteri ſtipulari, de verb. Obligat. & §.* 60.

Alteri Stipulari, & §. *ſi quis alii*, *Inſtit. de inutilib. Stipulat. l. Quæcunque* 11. *ff. de Obligat. & Actionib.* Ut nec pactum unius prodeſt alii, *l. Quò tutela* 75. §. *ult. ff. de Reg. Iur.* Et cum Fiſco de hac Collecta creditor ſit obligatus, non debitor, ut *prius* oſtendi: certè non hunc, ſed illum conveniendi facultatem Fiſcus habet, per Regulam generalem & certiſſimam, quæ habet:

61. Quod alius pro alio conveniri nequeat, *l. 3. in fin. C. Ne Vxor pro Marit. l. 3. l. Nimiæ* 11. *C. de Oblig. & Action.*

62. Sed an creditor, qui Fiſco ſolvit Collectam, pro pecunia, quam alii mutuam dedit, vi Stipulationis illius repetere eam à debitore poſſit, quæritur? Hic diſpiciendum, an Stipulatio iſthæc licita ſit, vel jure prohibita. Quod ſi agatur, ut pro pecuniæ uſuris teneatur debitor de Collecta, & Collectæ quantitas non ſit major legitima uſura, arbitror jure licitam eſſe hanc Stipulationem. At ſi præter uſuras, quas ſingulariter creditor ſtipulatur, inſuper in Stipulationem & illud deducat, ut Collectarum nomine pro pecunia credita debitor teneatur, jure prohibitam eſſe Stipulationem reor, per ea, quæ tradit Molinæ. *Tractat. de commerc. & uſur. Quæſt. 6. numer.* 129. Et de hoc poſteriori caſu procedere autumo opinionem Andr. Rauchbari *part. 1. Quæſt. 18.*

In-

Digitized by Google

In Quæſtionem hic & illud vocari poteſt, cum mulier quoque de Bonis ſuis receptitiis & paraphernalibus Collectam præſtare tenetur, *l. pen. Cod. de munerib. Patrimoniorum lib. 10.* Bona autem iſthæc in loco originis, non in Territorio, ubi Maritus degit, poſſideat, num collectari poſſit in loco, unde originem trahit, an verò ubi Maritus domicilium habet? In loco domicilii Mariti ipſam collectandam eſſe ex reſcripto Antonini & Veri Impp. docet Juriſconſultus Papirius Juſtus *in l. ult. §. Item reſcripſerunt, ff. ad Municipalem*, & ſentit Gl. itemque Bart. *in l. un. Cod. de Mulierib. libr. 10.* Guido Pap. *Deciſ. 396. numer. 2. & 3.* tum etiam Anton. Faber. *lib. 9. Codic. Tit. 29. Definit. 11.* Sequitur enim Mulier domicilium Mariti, *l. Titii, 22. §. 1. ff. ad Municipal. & l. pen. ff. de juriſdict.* Sed procedit hæc ſententia in Collecta, quæ Perſonis pro ipſorum Bonis imponitur. 63.

At Collectam, quæ principaliter Poſſeſſionibus indicitur, præſtat Mulier in Territorio, in quo prædia poſſidet, *d. l. un. verſ. ult. Cod. de Mulierib. lib. 10. l. 4. §. Is verò, ff. de Cenſib. l. Reſcripto 6. § ult. verſ. Intributiones, ff. de Munerib & Honorib.*

Non ſolum autem de rebus corporalibus, ſed & juribus, puta cenſibus ſive rediti- 64.

bus annuis, ſive perpetui illi ſint, ſive redimibiles, Collecta patrimonialis indici & exigi poteſt, Roland. à Valle *conſil. 66. num. 33. vol. 1.* Florez, *Quæſt. 21. n. 67.* Jus enim exigendi reditus annuos connumeratur rebus immobilibus, *Novel. 7. in prin. §. Hac ergo nos, verſ. Vult enim illa*, Mynſing. *Cent. 1. Obſerv. 69.* & Andr. Gayl. *lib. 2. Obſerv. practic. Obſerv. 10.* Molinæ. *in Conſuetud. Pariſ. Tit. de cenſib. § 57. num. 8. & §. 4. num. 3. & ſeqq.*

Unde etiam de penſionibus domorum præſtanda eſt patrimonialis Contributio, Roland. à Valle, *dict. conſil. 66 num. 32* Sunt enim fructus domorum, *l. Prædiorum 36. ff. de uſuris &*
65. *fructib.* De actionibus autem in perſonam licet ad rem conſequendam pertineant, non eſt exigenda Collecta, ut poſt alios, quos refert, tradit Shrader. *Tractat. Feudal. part. 10. ſect. 6. nu. 70. per Text. in d. l. 4. §. ſi cum ego ff. de cenſib.*

66. De prædiis quoque ſterilibus Contributio exigi non poteſt, ut reſponderunt Socin. jun. *conſil. 33. num. 12. lib. 3.* Natt. *conſil. 418. nu. 7.* & alii, quos memorat & ſequitur Mynſing. *Reſp. 1. nu. 30. decad. 15. part. 2.*

67. Similiter de pecunia occioſa, catenis, annulis aureis, margaritis, lapidibus precioſis, cęteriſque ornamentis & clenodiis virilibus & muliebribus, ex quibus ſola pompa quæritur, nec ulla realis commoditas percipitur, Contribu-

tributionem præſtare nemo cogitur / Reichs-Abſchid zu Speyer *de Anno 1542.* §. doch ſollen in ſolchem Anſchlag / *pag. 285. & de Anno 1544.* §. doch ſollen in ſolchem Anſchlag / *pag. 315.* Ita poſt alios, quos refert, ſcribit etiam Roland. à Valle *dict. conſil. 66. num. 18. vol. 1.* & Mynſing. *dict. Reſp. 1. numer. 29. & ſeq. verſ.* zum Andern halte ich es darfür ꝛc.

Magnatum quoque & Nobilium arma aliaq; 68.
ad defenſionem adverſus vim hoſtilem pertinentia: ut & ſupellex domeſtica, item vaſa argentea, ac veſtes, cæteraque ad uſum cottidianum ſpectantia à Contributionum onere libera ſunt, Reichs-Abſchid zu Speyr / *de Anno 1542. dict.* §. doch ſollen in ſolchem Anſchlage / *& de Anno 1544.* §. doch ſollen in ſolchem Anſchlag ꝛc.

His conſequens, quod nec de incertis no- 69.
minibus exigi poſſit Collecta, Rota Genu. *Deciſ. 156.* Quo facit, quod, hujuſmodi qui habet tantum nomina, non ſolvendo eſſe dicitur, Matth. Coler. *de proceſſib. executiv. part. 1. cap. 6. num. 146.*

Caput

Caput XI.

De Perſonis, quæ ab onere Collectarum liberæ ſunt & immunes, vel non.

Summaria.

1. P*Auperes ſunt immunes à Collectarum onere.*
2. *Non ſolvunt Collectas, qui valetudine laborant adverſa, ut ipſis facultatum fructus ad alimenta vix ſufficiant.*
3. *Collectam certam Univerſitati cuidam indictam pro pauperibus Cives alii divites ſolvunt.*
4. *Pauperes cum ad pinguiorem pervenerunt fortunam, amplius immunes non ſunt à Collectis.*
5. *Numerus 12. Liberorum præſtat Immunitatem à Collectis.*
6. Cujac. emendat Textum *l. ſi quis 24. C. de Decurionibus*, at non neceſſario.
7. *Ad civilium munerum excuſationem prodeſt numerus quinque Liberorum, interdum & trium Liberorum numerus.*

Quæ

8. Quæſtio: *An Collectam vivo duodecim Liberorum Patre indictam ipſo mortuo ejus proles ſolvere teneatur?*

9. *Novus Civis non collectatur ad ſolvenda debita Civitatis antiqua.*

10. *Ex perſona heredum conditio Obligationis immutari non debet.*

11. *Solutionis tempus principali Obligationi adjectum non alterat ipſam Obligationem.*

12. *Mixtis à Collectis, quæ Perſonis pro rebus imponuntur, Forenſes regulariter ſunt immunes.*

13. Quæſtio: *An Civis recedens à Civitate ſolvere teneatur Collectã ante abitum illius indictam?*

14. Quæſtio: *An Princeps aliusvè Magiſtratus Statuto cavere poſſit, ne Cives prædia ſua in Forenſes alienent?*

15. *Lex irrata eſt, qua cavetur, ne quis rem ſuam, in quem velit, alienet.*

16. *Eccleſiaſticum corpus immune eſt à Collectis extraordinariis.*

17. *Collecta indicta prædiis laicorum ſolvenda eſt, licet tempore ſolutionis ad Eccleſiam prædia illa tranſierint.*

18. *Clerici de Bonis ſuis privatis Collectas præſtare tenentur.*

19. *A Turcicis Collectis corpora Eccleſiaſtica non ſunt libera.*

20. *Ad inſtructiones itinerum, pontiumq; contribuere quoq; tenentur Perſonæ Eccleſiaſticæ.*

Caput XI.

De Perſonis, quæ ab onere Collectarum liberæ ſunt & immunes, vel non.

Summaria.

1. Pauperes ſunt immunes à Collectarum onere.
2. Non ſolvunt Collectas, qui valetudine laborant adverſa, ut ipſis facultatum fructus ad alimenta vix ſufficiant.
3. Collectam certam Univerſitati cuidam indictam pro pauperibus Cives alii divites ſolvunt.
4. Pauperes cum ad pinguiorem pervenerunt fortunam, amplius immunes non ſunt à Collectis.
5. Numerus 12. Liberorum præſtat Immunitatem à Collectis.
6. Cujac. emendat Textum *l. ſi quis 24. C. de Decurionibus*, at non neceſſario.
7. Ad civilium munerum excuſationem prodeſt numerus quinque Liberorum, interdum & trium Liberorum numerus.

Quæ

8. Quæſtio: *An Collectam vivo duodecim Liberorum Patre indictam ipſo mortuo ejus proles ſolvere teneatur?*

9. *Novus Civis non collectatur ad ſolvenda debita Civitatis antiqua.*

10. *Ex perſona heredum conditio Obligationis immutari non debet.*

11. *Solutionis tempus principali Obligationi adjectum non alterat ipſam Obligationem.*

12. *Mixtis à Collectis, quæ Perſonis pro rebus imponuntur, Forenſes regulariter ſunt immunes.*

13. Quæſtio: *An Civis recedens à Civitate ſolvere teneatur Collectã ante abitum illius indictam?*

14. Quæſtio: *An Princeps aliusvè Magiſtratus Statuto cavere poſſit, ne Cives prædia ſua in Forenſes alienent?*

15. *Lex irrata eſt, qua cavetur, ne quis rem ſuam, in quem velit, alienet.*

16. *Eccleſiaſticum corpus immune eſt à Collectis extraordinariis.*

17. *Collecta indicta prædiis laicorum ſolvenda eſt, licet tempore ſolutionis ad Eccleſiam prædia illa tranſierint.*

18. *Clerici de Bonis ſuis privatis Collectas præſtare tenentur.*

19. *A Turcicis Collectis corpora Eccleſiaſtica non ſunt libera.*

20. *Ad inſtructiones itinerum, pontiumq; contribuere quoq; tenentur Perſonæ Eccleſiaſticæ.*

21. *Eccleſiaſticæ Perſonæ ſunt liberæ à perſonalibus muneribus publicis.*

22. Quæſtio: *An valeat Statutum, ne quis privatus prædia ſua in Eccleſiam alienet?*

23. *Clerici poſſunt comparare ſibi laicorum prædia, ut ea habeant propria tanquam privati, non obſtante Statuto, quo cavetur, ne prædia in Eccleſiam alienentur.*

24. *Eccleſia tenetur præſtare Collectam ex prædiis emptis poſt indictam Collectam.*

25. Quæſtio: *An prædia Eccleſiaſtica ad laicos tranſlata Immunitatem à Collectis amittant?*

26. *Res tranſit cum ſua cauſa.*

27 *Conditio, & Qualitas poſſeſſoris novi conſideranda.*

28. *Ceſſante Cauſa Privilegii, ceſſat & ipſum Privilegium.*

29. *Immunitas in prædiis competens Clericis, non adhæret prædiis. ſed perſonis.*

30. *Privilegium præſumitur in dubio perſonæ, non rei datum.*

31. *Mercatores non gaudent immunitate ſolvendi publici vectigalis.*

32. *Nobiles à Collectis immunes ſint, nec ne,* Quæſtio dubia.

33. *Nobiles alii ſunt ex dignitate & virtute propria, alii verò genere tantum ſunt Nobiles.*

34. Iure

34. *Iure Iuſtinianeo Nobilitati non tribuitur Immunitatis Privilegium in Patrimonialib. muneribus.*

55. *Nobiles in Principum Territoriis prædia poſſidentes Collectas Imperiales præſtant.*

36. *Subditi Principum, licet fruantur exemptionis Privilegio, Collectas tamen Imperiales ſolvere tenentur.*

37. *Nobiles præter Turcicam Collectam nullam aliam Contributionem præſtare videntur.*

38. *Mores Germaniæ, & Imperii Matricula teſtantur, quod & Equeſtris Ordo ſingulis in Circulis Contributionum onus ſuſtineat.*

39. Nobilibus *non eſt in Receſſibus Imperii quibusdam definita certa quantitas, quam præſtent ad Collectam Turcicam, ſed quisque monendus eſt, ut pro modo ſacultatum ſuarum conferat.*

40. *Quibusdam Imperii Receſſibus ipſi quoque* Nobilitati *certa quantitas ad Turcicam Contributionem definita eſt.*

41. Mynſingerus autumat *ex Imperii Receſſibus* Nobilitatem Germaniæ *ab omnibus Contributionibus eſſe liberam.*

42. Nobiles *jure Immunitatis ſingulari vallati anniverſarias, & ordinarias Collectas non præſtant.*

43. Quæſtio: *Si* Nobilis, *Immunitatem à Collectis habens, prædium quoddam in alium non*

nobilem alienet, an ſingularis ille ſucceſſor ex eodem prædio Collectas præſtare teneatur?

44. Neq; Legum, neque alii Doctores *immunes ſunt à Collectis, quæ Poſſeſſionib indicũtur.*

45. Nobiles itemque Doctores, & liberalium Artium Profeſſores *à perſonalibus* Collectis *ſunt immunes.*

46. Iidem *quoq; liberi ſunt à muneribus, quæ extra ordinem indicta ſumptu patrimonii & detrimento adminiſtrantiũ expediuntur.*

47. Nobiles, Doctores, & liberalium Artium Profeſſores *moleſtari non debent à Metatoribus in recipiendis hoſpitibus.*

48. *Immunes ſunt à Collectis, quib. Princeps ſingulariter hoc Privilegium conceſſit.*

49. *Immunitas à Contributionibus realibus reſcripto Principis dari non poteſt.*

50. *Immunitas præſtari non poteſt per Principem à Collectis, quas neceſſitas extrema præſtari jubet, quales ſunt Collectæ neceſſarii Belli cauſa indictæ.*

51. *Immunitas à Collectis generaliter conceſſa per onerosum Contractum, extenditur quoque ad Collectas bellicas.*

52. Doctores ſentiunt, *quod etiam nominatim dari poſſit Immunitas à bellicis Collectis.*

53. *Cum Princeps Immunitatem à Collectis alicui concedit, remiſſam ipſam Collectam ex ſuo præſtare ærario tenetur.*

54. *Onus alicui remiſſum, cæteris accreſcere* aliqui

ex Do-

ex Doctoribus ſentiunt: aliis rectè diſſentientibus.

55. Quæſtio: *An heredibus Privilegiati immunes ſint à Patrimoniorum Collectis?*

56. *Privilegium præſumitur reale, quando per Contractum oneroſum eſt tributum; vel hoc pacto conceſſum, ut & ad poſteros tranſeat.*

57. *Succeſſor Principis reale Privilegium ab Anteceſſore datum revocare non poteſt.*

58. *Immunitatem à Collectis antiqua conſuetudine adquiri*, commune eſt Dd. Pronunciatũ; diſſentiente tamen Thomato.

59. *Privilegio Principis comparatur legitima, & antiqua Conſuetudo.*

60. Reſpondetur ad Ægidii Thomati rationes, quibus à communi Dd. opinione diſſentit.

61. *Præſcriptione legitima adquiritur etiam Immunitas à præſtandis Contributionibus*; licet aliud ſentiat Thomatus.

62. Proponuntur rationes, quibus confirmatur communis opinio *de præſcribenda Immunitate à Collectis.*

63. *Collecta & vectigalia ejusdem ſunt juris.*

64. *Immunitas à vectigalibus præſcriptione temporis immemorialis adquiri poteſt.*

65. *Privilegium* Principis *& temporis immemorialis præſcriptio à pari procedunt.*

66. *Quod eſt quæſibile Privilegio, eſt etiam quæſibile præſcriptione.* Quæ-

Digitized by Google

67. Quæſtio *de tempore præſcribendarum Collectarum* : ubi diſtinguitur *inter præſcriptionem, quæ titulo munita eſt, & eam, quæ vacat titulo.*

68. *Cum titulo, licet invalido, præſcribitur Immunitas à Collectis 40. Annorum ſpacio.*

69. *Annos illos quadraginta metimur à tempore indictarum Collectarum.*

70. *Ad præſcribendam Immunitatem à Collectis* duo requirit poſt alios Mynſingerus.

71. Quæſtio : *Titulus ille ad præſcribendam hanc Immunitatem præſumitur ex lapſu temporis illius longiſſimi.*

72. *Præſcriptio temporis longiſſimi neceſſariò tituli probationem non deſiderat.*

73. Quæſtio : *An requiratur ad hanc præſcriptionem, ut is, qui ſe immunem à Collectis affirmat, interpellatus de ſolvendis Collectis, eas præſtare recuſaverit?*

74. Quæſtio : *An bona fides requiratur in præſcribente hanc Immunitatem?*

75. Quæſtio : *An hic neceſſaria ſit ſcientia, & patientia Domini collectantis, contra quem præſcribitur?*

76. *Præſcribens Immunitatem à Collectis probare non tenetur ſcientiam, & patientiam Domini.*

77. *Præſcriptio Immunitatis, quæ nullo titulo munita eſt, deſiderat immemoriale tempus.*

78. Quo

78. *Quo modo quid adquiritur, eodem quoque modo amittitur.*

79. *In præſcriptione Immunitatis à Collectarum ſolutione neque titulus, neque ſcientia, & patientia* Domini co*llectantis requiritur.*

80. *Præſcriptione temporis immemorialis adquirunt etiam Immunitatem à Collectis Imperialibus ipſi* Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones.

81. Indicatur ſententia *l. Comperit 6.* C. *de præſcript. 30. vel 40. Annor.*

82. Reſpondetur ad Argumenta Ægidii Thomati ſentientis: *ceſſare hîc præſcriptionem.*

83. *Charitativum ſubſidium eſt obligatorium.*

84. Ægidius Thomatus malè argumentatur *à Comparatione Decimarum cum Collectis.*

85. *De præſcriptione Decimarum remiſſivè.*

86. Indicatur ſententia *l. 1.* C. *Ne rei dominicæ, vel Templorum vindicatio temporis præſcript. ſubmov.*

87. Sententia *Can. jubemus, 16. Quæſt. 4. eadem eſt quæ l. comperit 6.* C. *de præſcript. 30. vel 40. Annor.*

88. *Immunitas à Collectis, vel Privilegio, vel Conſuetudine, vel Præſcriptione adquiſita, non excuſat à Turcicis Collectis.*

89. *Imperator ipſemet etiam de propriis ſuis ditionibus Collectas præſtat.*

Non

NOn ſolum autẽ res quædam liberæ ſunt à Collectarum onere, ſed & Immunitate
1. gaudent nonnullæ Perſonæ. Et primò quidem pauperes à Collectarum onere ſunt immunes, *l. 4. §. Deficientium 1. & §. Inopes, ff. de Munerib. & Honorib. l. 4. l. ult. Cod. de his, qui numero Liberorum vel paupertate excuſationem meruerunt, lib. 10.* Reichs-Abſchid *de Anno 1582. §.* vnnd nach dem / *in fin.* Quod intelligendum non de his tantum, qui nunquam opibus valuerunt: ſed & qui opes habuerunt, verum ſuis lapſi ſunt facultatibus, *d. l. 4. Cod. de his, qui numero Liberor.* Andr, Gayl. *lib. de Arreſt. num. 20.* Proindeque inſcriptus Æſtimo rurſus deleri debet pauper factus, Surd. *Tractat. de aliment. Tit. 8. Privileg. 91. num. 5.*

2. Quod de pauperibus diximus, exaudiendum quoque de his, qui ea laborant valetudine adverſa, ut ipſis facultatum fructus ad alimenta vix ſufficiant: Item de his, qui quidem aliquod artificium tenent, unde ſuam honeſtè poſſunt ſuſtentare vitam, ſed nihil Bonorum poſſident, Petr. de Ubald. *Tractat. de Collect. num. 23.*

3. Et ſi verò pauperes Collectarum ſarcinam non ſuſtineant, ſi tamen toti alicui Univerſitati, puta Præfecturæ, vel Civitati indicta ſit certa Collectæ quantitas, ea prȩſtanda eſt integra à cęteris, & pro pauperibus alii Cives in

facul-

facultatibus poſiti tenentur, *l. omne Territorium 4. Codic. de cenſib. & l. 1. ubi* Dd. *Cod. de omni agro deſert. lib. 11.* vid. Loſæ. *Tractat. de Collect. part. 3. cap. 9. num 23.* & Ægid. Thomat. *de Collect. §. Retenta, num. 11. pag. 561. & ſeqq.*

Cæterum pauperes, quando ad pinguiorem pervenerunt fortunam, amplius à Collectis immunes non ſunt, *d. l. 4. §. Deficientium, ff. de Munerib. & Honorib. l. Ab his oneribus 10. §. Auctis, ff. de vacat. & excuſat. muner.* Purpurat. *conſil. 38. num. 4.* Ægid. Thomat. *Tractat. de Collect. §. Pauperes, num. 2. pag. 456.* 4

Deinde excuſat ab onere Collectarum numerus duodecim Liberorum, *l. ſi quis Decurio 24. Cod. de Decurion. lib. 10.* Atque ita ſentiunt poſt alios, quos citat Petr. Surd. *conſil. 146. numer. 16. libr. 1.* Teſſaurus *Deciſ. Pedemont. 267.* Reg. Sixtin. *Tractat. de Regalib. cap. 14. nu. 96. & ſeqq.* Rutger. Ruland. *de Commiſſariis & Commiſſionib. part. 4. cap. 6. n. 47.* 5

Cæterum Cujac. *in d. l. ſi quis 24. Cod. de Decurionib.* pro *duodecim* legendũ putat *ſedecim, per d. l. 5. §. Demonſtratur, ff. de jure Immunitatis,* verum eo loco proponitur reſcriptum quoddam Imp. de caſu, quo quis ſedecim Liberorum Pater fuit. Quod ſi autem duodecim Liberorum numerus vacationẽ de onerib. Tributorum præſtat, multò magis numerus Liberorum ſedecim hanc Immunitatẽ tribuit: proindeq; nihil opus Cujaciana illa Textus correctione. 6

Sed

Sed neque duodecim, neq; ſedecim Liberorum numerum præſtare Immunitatem à Collectis, arguere videtur Textus *in l. 5. C. de munerib. patrimon. lib. 10. & in l. 2. §. Numerus, & §. Quæ Patrimoniorum, ff. de vacat. & excuſat. muner. quibus locis* expreſsè dicitur, *quod nemo à Patrimoniorum oneribus Liberorum numero excuſetur.* Atqui reſpondendum eſt, exaudienda eſſe hæc loca de pauciori Liberorum numero, quam duodecim, vel ſedecim: quippe cū variè Liberorum numerus ad excuſationem municipalium munerum proſit, dicente Calliſtrato Juriſconſulto *in d. l. ſemper 5. §. Demonſtratur,*
7. *ff. de jure Immunitat.* Prodeſt etenim ad civilium munerum excuſationem quinque Liberorum numerus, *l. 3. l. 5. & l. ſeq. C. de iis, qui numero Liberor. lib. 10.* de quo numero Cujac. quoq; *in d. l. 1. C. d. T.* intelligit Textum *in d. l. 2. §. Numerus, §. Quæ patrimoniorum, ff. de vacat. & excuſat. muner.* Interdum quoq; numerus trium Liberorum excuſat *à muneribus, l. 1. C. de legationib. lib. 10.* Sic ab onere Tutelæ itemq; Curæ vacationem tribuit numerus trium Liberorum Romæ, in Italia quatuor, in Provinciis quinque Liberorum numerus, *Inſtit. de excuſat. Tutor. vel Curator. in prin. & §. 1.*

8. In dubium hoc loco vocari poteſt, ſi Collecta vivo adhuc duodecim Liberorum Patre indicta ſit, verùm eò tempore, quo Pater il-

ter ille non amplius vitæ curſum tenet, ſolvi debeat, an proles ipſius ex paterna hereditate eam præſtare Collectam teneatur? Neganti opinioni authoritate juris patrocinium præſtari ſequentes arguunt rationes. In Obligatione ad præſtandas Collectas ſpectamus impoſitionis. non ſolutionis ſive exactionis tempus, *l. Incola 34. ubi* Gl. Bart. & alii *ff. ad Municipal.* Speculat. *Tit. de cenſib. §. Nunc dicendum, num. 12. & ſeqq.* Alex. *in l. Cum ſervus 39. §. ſi quis, num. 6. ff. de Legat. 1.* Quò confert, quod novi Decuriones non onerantur pro præteritis debitis, *l. Providendum 23. Cod. de Decurionib. lib. 10.* neque Civis novus collectatur ad ſolvenda debita Civitatis antiqua, Dyn. & Bart. *in d. l. Incola 34. ff. ad Municipal* Bald. *in l. 1. §. Quod ſi nemo, verſ. ſuper ſecundo puncto, ff. Quod quisque Univerſ. nomin.* Joan. de Platea *in d. l. Providendum 23. C. de Decurionib. lib. 10.* Roman. *ſingulari 290.* & Anton. Corſet. *in ſingul. in verb. Collecta, 2.* 9.

Cum ergo Pater ad numerum duodecim Liberorum tempore impoſitæ Collectæ ab illis præſtandis eſſet liber, eo poſtmodum mortuo, proles quoque ipſius ejuſdem Collectæ nomine inquietari non poteſt.

In confirmationem ejuſdem ſententiæ accedit & illud, quod heres, quatenus heres eſt, ad aliud non obligatur, quam ad quod de-

 functus

functus, cui ſucceſſit, obligatus fuit, *l. Heredis appellatio, 119.* ubi Dd. *ff. de verb. ſignif. l. Heredem 59. & l. Hereditas 62. ff. de reg. jur.* Repræſentat enim perſonam defuncti, *Novel. 48. de*
10. *jure jurand. à moriendo præſtito in prin.* Proindeque ex perſona heredum conditio Obligationis immutari non debet, *l. 2. §. 2. ff. de verbor. Obligat.* Cum ergo à Patre defuncto non potuerit exigi Collecta ipſo vivo indicta, nec Liberi heredes ipſius nomine Collectæ ejuſdem conveniri poſſunt. Idq; conſulendo cenſuit etiam Petr. Surd. *conſil. 146. lib. 1.*

Nihil quicquam huic decerpit Concluſioni, quod Collecta exigitur à poſſeſſore Bonorum, etiam eo, qui tempore Contributionis indictæ non poſſidebat, *l. Imperatores 7. in prin. verſ. Et ideo, ff. de public. & vectigal.* quodque etiam heres, itemq; legatarius præſtare tenetur Collectam, quæ, cum defunctus adhuc viveret, patrimonio ejus indicta fuit, *d. l. Cum ſervus 39. & l. 4. §. ult. ff. de cenſib.* Id enim omne procedit in poſſeſſore illorum ſolummodo Bonorum, quæ tempore Indictionis pro ipſis Collectis hypothecæ obligata fuerunt. At Bona defuncti Patris, de quo *hic* agimus, hypothecæ non fuerunt obligata. Hypotheca n. præſupponit Obligationem perſonalem, & ubi nulla extat perſonalis Obligatio, ibi nec Hypotheca ſubſiſtere poteſt, *l. 4. ibi, propter*

aliq; aut

aliquam Obligationẽ, & l. ſeq. verſ. ſed & futura Obligationis, ff. de pignorib: & hypothec. Cum ergo defunctus Pater perſonaliter obligatus non fuerit ad Collectas præſtandas, nec poſſeſſiones ipſius Collectarum earundẽ nomine Hypothecę obligatę fuerunt. Quocirca onus prę-ſtandi eas Collectas ad Filios, ut hæredes, cum poſſeſſionibus tranſire non potuit. Neq; etiam infringit hanc Concluſionem, quod ſolutio indictæ Collectæ fieri debuit eo tempore, quo Pater in rebus humanis amplius non agebat.
Solutionis enim tempus principali Obligatio- 11.
ni adjectum non alterat ipſam Obligationem, nec reddit eam conditionalem, *l. Quod purè 6. §. 1. ff. Quando dies legator. ced. l. pen. C. d. T. l. Heres 79. in prin. ff. de condit. & demonſtr. l. Sejus 46. ff. ad* Senatuſconſ. *Trebell.* Bart. *in l. Talis ſcriptura, 30. in fin. ff. de Legat. 1.* Dec. *in l. in omnib. 14. n. 7. ff. de Reg. jur.* & *ibid.* Cagnol. *n. 10. & ſeqq.* Tertiò à Colle- 12.
ctis mixtis, ut quæ perſonis imponũtur pro rebus, immunes ſunt regulariter Forenſes, ſive non Subditi, ut docui *ſupra c. 9. n. 7.* & patet *ex l. Reſcripto 6. §. ult. ff. de Muner. & Honor. l. Libert. 17. §. ſola ratio, & §. ſola domus, ff. ad Municip. l. 4. C. de incolis lib. 10.* Hinc quæritur, ſi indictâ Subditis 13.
Collectâ, unus aut alter Subditorũ ante ſolutionis diem recedat à Civitate, & Forẽſis fiat, an nihilominus ad ſolvendam hanc Collectam obligatus ſit? Affirmativam tuetur Argumentum *d. l. Incola 34. ff. ad Municipal.* Ubi Mode-

ſtinus Juriſconſultus ſcribit, *quod incola muneribus publicis deſtinatus, niſi perfecto munere, incolatui renunciare non poſsit.* Ajentem ſententiam amplectitur quoq; Gloſſa *loco jam dicto*, & Bald. *in d. l. 1. §. Quod ſi nemo, verſ. ſuper tertio, ff. Quod cujusque Univerſ. nom.* tum etiam Petr. Surd. *dict. conſil. 148. num. 10. & 11.* Ratio eſt, quia, cum Indictionis tempore, ut Subditus ad præſtandam Collectam Obligationis vinculo adſtrictus fuerit, non ſola domicilii & ſubjectionis mutatione liberare ſe potuit ab ea Obligatione, cum, quod aliquis debere cæpit, certis modis debere deſinat, *l. Obligationum 44. §. 1. verſ. Nam quod alicui, ff. de Oblig. & Action.*

14. Poteſt & illa hoc loco moveri Quæſtio; Cum à Forenſibus regulariter exigi nequeat Collecta mixta, poſſitne Princeps, aut Magiſtratus Civitatis Statuto cavere, ne Subditi prædia ſua in Forenſes alienent, ut hac ratione prædia Territorii Subditorum maneant, & ab illis Collectæ facilius exigi queant? Negativam tuetur Textus *in l. Dudum 14. Cod. de con-*

15. *trahend. Empt. & Vendit.* qui jubet irritam eſſe Legem, qua alicui arbitrium alienandi rem ſuam, in quem velit, adimitur. Accedit, quod Emptio, Venditio juris gentium eſt Contractus, *§. Ex hoc jure gentium, Inſtit. de jure nat. gent. & civil.* & *l. Ex hoc jure, 5. ff. de iuſtit. & jur.* Unde liberum cuivis eſſe videtur, res ſuas, in quem

velit,

velit, alienare. Verum his nihil obſtantibus, defendi & ſuſtineri Statutum illud poteſt, ut quod reſpectu publicæ utilitatis conditur. Sic Conſtitutione Impp. Leonis & Anthemii cautum eſt, ne liceat vicanis loca ſua ad extraneũ transferre, *l. un. Cod. Non licere habitatorib. Metrocomiæ loca ſua ad extran. transferr, lib. 11.* Simili modo Legibus cautum eſt, ne Barbaris, aut hoſti frumentum, Vinum, Oleum, liquamen, aut arma vendantur, cum hoc pernicioſum ſit Populo Romano, *l. ult. Cod. Quæ res venire non poſſunt, & tot. Tit. Cod. Quæ res exportari non debeant,* Statuto quoque Uuirtembergico interdictum eſt Subditis Uuirtembergicis prædiorum alienatione in Forenſes, Fürſtl. Würtemberg. Lands-Ordnung / *Tit.* daß niemand keinem / ſo nit vnder vnſers Fürſten-Thumbs Obrigkeit geſeſſen / einig Eigend-Guth zukauffen gebe / *pag. 35.* Poſtremò communis eſt Dd. ſententia, quod valeat Statutum, quo Subditi prohibentur prædia ſua vendere extraneis, ut præter alios teſtatur Andr. Gayl. *libr. 2. Obſerv. 19. num. 2.*

Non obſtant, quę pro negativa prius ſunt adducta, Nam *l. Dudum, 14. Cod. de contrahend. Empt. & Vendit,* de Propinquis & Sociis loquitur, ne præferantur aliis, qui non ſunt Propinqui. Hic verò agimus de Subditis & Forenſibus: hic publica ſpectatur utilitas: ibi com-

modum privatorum. Et licet Emptio & Venditio juris gentium ſit Contractus, ob publicam tamen utilitatem quædam res exteris vendi prohibentur, ut *antea* oſtendi.

16. Quartò à Collectis immune eſt corpus Eccleſiaſticum, *l. Placet, 5. C. de SS. Eccleſ. c. 2. §. 2. 3. & 4. & c. Non minus, c. Adverſus, extra de Immunitat. Eccleſ. c. 1. & c. 3. eod. Tit. in 6. Can. Eccleſiarum, 12. Quæſt. 2.* Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de Mand. cap. 45. n. 12.* Petr. Gilken. *in l. placet 5. n. 38. C. de SS. Eccleſ.*

Quod intelligendum de extraordinariis Collectis. Ab ordinariis ſive canonicis Tributis & functionib. immunes non ſunt Perſonæ Eccleſiaſticæ *dict. l. Placet 5. ibi, nihil præter canonicā illationem eis ingeratur, l. Iubemus 10. & l ſeq. C. de SS. Eccleſ. l. 1. & l. 3. C. de Epiſcop. & Cler.* Everh. Bronchorſt *Cent. 2. Miſcel. Controverſ. aſſert. 78.*

17. Quod ſi, antequam Eccleſia potiretur quibuſdā prædiis, Collecta ipſis ſit impoſita, cum iſthoc onere in Eccleſiā tranſiiſſe illa prædia putandum eſt. *C. ſi Tribut. 11. Quæſt. 1. C. ſi Tributum 23. Quæſt. vlt. l. 1. 2. & 3. C. ſine cenſu & reliquis, c. Et litis, extra de pignorib. c. 1. extra de cenſib. l 2. l. obſiſtere, C. de annonis & Trib. l. 1. C. de indict. l. 10. l. His Honorib. 10. ff. de vacat. & excuſat. muner. l. Reſcripta §. fin. ff. de Munerib. & Honorib. l. 2. C. de muner. patrimon. l. ult. C. de extraor. Tribut.* Atque ita ſentiunt Dd. communiter, quos refert & ſequitur

quitur Petr. Gilken. *in d. l. Placet, 5. n. 38. C. de SS. Eccleſ.* De propriis quoq; Bonis ſuis Collectam præſtare tenentur Clerici, niſi Imperiali benignitate Immunitatem promeruerint, *Can. ſi in morte, §. Porrò alii & Can. Tributum, & Can. ſancitum 23. Quæſt. 8. d. l. 3.* Ubi Salic. & alii *C. de Epiſc. & Cler.* Malè ergo contrarium voluit Surdus *Deciſ. 20. n. 10.* A Turcicis item Collectis immunes non ſunt Eccleſiaſticæ Perſonæ, *l. Neminem 11. C de SS. Eccleſ. & l. 2. C. de quib. munerib. vel præſtationib. nemini liceat ſe excuſare,* Reichs-Abſchid zu Cölln *de Anno 1512.* §. Wo aber Geiſtliche Perſonen / & §. *ſeq.* Reichs-Abſchid zu Speyer / *de Anno 1542.* §. Wir haben auch ꝛc. & §. vnd wiewol in dem jüngſten ꝛc. 18. 19.

Ad inſtructiones quoq; itinerum, pontiumque Eccleſiaſticæ quoque Perſonæ contribuere tenentur, *l. Ad inſtructiones 7. C. de SS. Eccleſ. & l. Abſit, 4. C. de privileg. domus Auguſt. libr. 11.* & oſtendit eleganter Annæ. Robert. *lib. 2. rerum judicatar. cap. 3.* Non obſtat *l. Cui muneris, 12. verſ. cætera omnia, ff. de Munerib. & Honorib.* Ubi Javolinus Juriſconſul. ſcribit *viæ munitionem ab eo exigi non debere, cui muneris publici vacatio data eſt.* 20.

Diſtinguendum etenim eſt inter viæ munitionē, quæ munus perſonale eſt, & eam, quæ eſt reale ſive patrimoniale munus, *l. 1. §. 2. & l. Honor 14. §. 2. ff. d. T. & l. ſunt munera 11. verſ.* 21.

ut ſit prædiorum, ff. de vacat. & excuſat. muner. Illa non exigitur à Perſonis Eccleſiaſticis; hæc verò ab illis quoq; peti poteſt.

22. Quia verò Eccleſiaſticę Perſonæ Immunitate Collectarum fruuntur etiã, quo ad prędia recens Eccleſiæ adquiſita: ut oſtendit Annæus Robert. *lib. 2. rerum judicatar. cap. 2.* Idcirco ſolent Principes aliiq; Magiſtratus Statuto cavere, ne Laici prædia ſua Eccleſiis vendant; quod Statutum licet videatur Eccleſiaſticam gravare libertatem, proindeque pleriq; Dd. illud non valere dicant; Jaſon *in l. Filiusfam. 114. §. Divi, num. 82. ff. de Legat. 1.* Pariſ. *conſil. 26. num. 6. vol. 1.* Schurff. *conſil. 69. num. 26. Cent. 1.* attamen Signorol. de Homodæis *conſil. 21. numer. 18. & 19.* per varia fundamenta contrarium tenet, quem ſequitur Andr. Gayl. *lib. 2. Obſerv. 32. numer 5. 6. & 7.* ubi addit, *quod pro iſthac* Homodei *ſententia pronunciatũ ſit Spirenſi in Camera.* Et certè hujuſmodi Statutum principaliter concernit utilitatem publicam, & non tam Eccleſiaſticam minuit libertatem, quam Subditorum limitat poteſtatem.

23. Non tamen obſtante hoc Statuto poſſunt Clerici comparare laicorum prædia, ut iis tanquam patrimonialibus & propriis Bonis fruantur, non autem Eccleſiæ incorporentur, ut rectè ſentit Matth. Colerus *de proceſ. executiv. part. 1. cap. 3. num. 196.* Cum enim Clerici reſpectu

reſpectu propriorum Bonorum pro laicis habeantur, proindeque de illis etiam Collectas præſtare teneantur, ut *ſupra* dixi, nihil hac Emptione publicæ utilitati decedit.

Vbi autem non extat tale Statutum, ſi 24.
emantur in uſum Eccleſiæ laicorum prædia, quamvis à Collectarum ſarcina ita liberentur: attamen Clerici tenentur ad ſolutionem Collectarum, quæ ante venditionem ipſis prædiis indictę fuerunt, *per Text. l. Imperatores 7. in prin. verſ. Et ideo poſſeſſores, ff. de publican. & vectigal., & l. Cum poſſeſſor 5. §. ult. ff. de cenſib.* & ſentiunt ita Nicola. Everh. *conſil. 30. numer. 25.* Andr. Tiraquel. *de jure primogenior. Quæſt. 43. num. 9. ſurd. Deciſ. 20. num. 11.* Andr. Knichen. *de veſtiturar. pactionib. part. 2. cap. 3. num. 38.*

Non eſt hoc loco omittenda Quæſtio 25.
illa frequens, An prædia Eccleſiaſtica ad laicos translata Immunitatem à Collectis amittant? Negativæ patrocinium ſequentia præſtare videntur Argumenta. Juris eſt notiſſimi, quod res cum ſua tranſeat Cauſa, *l. Traditio 20. §. 1. ff. de adquir. rer. Dom.* ubi Juriſconſultus Ulpian. *Quoties*, ait, *Dominium transfertur, quale fuit apud eum, qui tradidit.* Quæ ſententia confirmatur quoque Textu *in l. via, 23. §. pen. & ult. ff. de ſervit. prædior. ruſticor.* ubi dicitur, *quod quisque fundus cum ſua conditione ad alium tranſeat.* Pomponius item Juriſconſultus *in l. Alie-*

natio 67. ff. de contrahend. Empt. & Vendit. clarius id exprimit his verbis: *Alienatio cum ſit, cum ſua cauſa Dominium ad alium transferimus, quæ eſſet futura, ſi apud nos res manſiſſet.*

Sed nihil his obſtantibus affirmativa propior veritati exiſtimari debet, Immunitas enim rei propter conditionem Perſonę competens, mutatâ ipsâ perſonâ, prorſus & ipſa mutatur
27. & extinguitur, ac conſideratur cōditio & qualitas poſſeſſoris novi, *per Textum in l. in omnib. 69.* Ubi hanc tradunt doctrinam Dec. *num. 18.* Cagnol. *num. 3. §. de Reg. jur. l. un. verſ. Nam cum perſonæ*, Ubi Lucas de Penna, *num. 7.* & allii Dd. *C. de imponend. lucrativ. deſcript. li. 10. & l. Per Procuratorem 90. in fin. ff. de adquir. vel amitt. heredit. & l. ſordido, numer. 13. Cod. de excuſat. muner. lib. 11.* Matth. de Afflict. *ad Tit. quæ ſint Regalia, in verb. vectigalia, numer. 60. libr. 3. Feudor.* Archidiac. & Joan. Andr. *in c. 1. Tit. de Immunitat. Eccleſ. lib. 6.* Bald. *in Rubric. C. de uſur. num. 5. & in l. 2. Quæſt. 7. Cod. de Serv. & aqua*, Alex. *conſil. 35. num. 18. vol. 4.*

28. Confert huc, quod Cauſa Immunitatis ſive Privilegii ceſſante, ceſſat etiam Immunitas ſive Privilegium, Tiraq. poſt alios, quos refert & ſequitur *in Tractat. Reg. ceſſante Cauſa ceſſat Effectus, numer. 117. & 210.*

29. Acccedit eodem, quod Immunitas in prædiis competens Clericis, non ipſis adhæret

hæret prædiis, ſed Perſonis Clericorum *Arg. d. l. ſordidorum 13.* Ubi Cujac. *Codic. de excuſat. muner. lib. 11.* & tradit Ægid. Thomat. *Tractat. de munerib. Patrimonial. §. Non obſtant, quæ ſupra numer. 21. pag. 181.*

In dubio enim Privilegium præſumitur 30. Perſonæ datum, non rei, Gl. *in c. Cum veniſſent, 6. extra de inſtit. & in c. Tua, extra de iis, quæ fiunt à Prælatis*, Dec. *in d. l. In omnibus, num. 3. ff. de Reg. jur.*

Adhæc confirmat idem Pronunciatum noſtrum Textus *in l. Locatio 9. §. ult.* ubi Dd. *ff. de public. & vectigal.* Ubi Paulus Juriſconſul. ſcribit, *quod licet Fiſcus ab omnium vectigalium præſtationibus immunis ſit, Mercatores tamen, qui* 31. *de fundis fiſcalibus mercari conſueverunt, nullam Immunitatem ſolvendi publici vectigalis uſurpare poſſint.*

Poſtremò *quod Immunitas Clericis competens in rebus Eccleſiæ, venditis ipſis rebus ad emptores laicos non tranſeat*, tradiderunt in ſpecie poſt Dyn. Bart. *in d. l. Locatio 9. §. ultim. ff. de public. & vectigal.* Idem Bartol. *in dict.* lege *Per Procuratorem 90. in fin. ff. de adquir. vel amittend. hered.* & Dec. *in dict. leg. In omnibus 68. num. 18. ff. de Reg. jur.* & Ægid. Thomat. *dict. Tractat. de munerib. patrimon. §. Non obſtant, quæ ſupra. num. 21. pag. 181.* Ubi teſtatur, Modernos ſcribere, *quod, ſicut Plebejo ſuccedens* Clericus

non poteſt uti aliqua Immunitate: ita ſi prædium de Perſona privilegiata tranſeat in non privilegiatã Perſonã, hæc uti non poſſit privilegiatæ Perſonæ Immunitate, Amplectuntur hãc ajentem opinionem & alii Dd. quos refert poſt Brunonum à Sole Jacobus Schultes *in locis communibus ſub lit. E. in dictione Emptio, numer. 1.*

Negatæ opinionis Argumenta quod attinet, exaudiri illa omnia debent de jure Servitutum realium: quod ipſis prædiis cohæret, non Perſonis debetur; Immunitas autem à Collectis tributa Clericis in ipſorum prædiis, perſonale jus eſt, non reale, ut *ſupra* oſtendi.

32. Quintò à Collectis immunes nonnulli pronunciant etiam Nobiles, Guido Papa *Deciſ. 354.* Bald. & Nicola, de Neapolit. *in l. Non tantum 17. §. Illienſibus, ff. de excuſat. Tutor.* Albert. Brun. *conſil. 103. numer. 3. 4. & 5.* Laurent. Sylvan. *conſil. 61. numer. 5.* Rutger. Ruland. *Tract. de Commiſſar. & Commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 6. nu. 46.* Petr. Frider. Mindan. poſt alios, quos allegat *lib. 2. de Mandat. judic. cap. 45. num. 12.* Contrarium verò ſentiunt Alberic. de Roſat. *ad Rubr. ff. de Munerib. & Honorib. circa fin. verſ. ſed quæro, nunquid Nobiles excuſentur, & in l. 3. in prin. ff. d. T.* Jacobin. de S. Georgio *Tractat. de homog. numer. 39.* Ægid. Thomat. *Tractat. de Munerib. patrimonior. §. Exactis Eccleſiaſticis perſonis.*

ſonis, *num.* 3, *pag.* 323. *& ſeqq.* Modeſtin. Piſtoris *conſil.* 9. *num.* 34, *& ſeqq. & conſil.* 21. *num.* 21. *lib.* 2. Plures in hanc ſententiam, quam amplectuntur, citant Petr. Heig. *Quæſt.* 18. *num.* 17. *&* 38. & Caſpar. Klocke *in Diſputat. de Contribut. Concluſ.* 38.

Quidam verò diſtinguendum putant inter Nobiles ex dignitate & virtute ſua propria, ac Nobiles genere tantum, ut illi, non hi, Immunitate à Collectis fruantur: quo ſenſu Lucas de Penna *in l. Mulieres* 13. *nu.* 15. *&* 16. *Codic. de dignitat. lib.* 10. intelligit, Tiraquell. *Tractat. de Nobilitate*, *cap.* 20. *numer.* 165. *verſ. Sed adverte, quod Lucas.* Quam ſententiam probat etiam Henric. à Roſenthal. *Tractat. de Feud. cap.* 78. *numer.* 13. 33

Ipſe verò Tiraquellus *dict. cap.* 20. *nu.* 167. diſtinguit inter Nobiles juriſdictionem habentes, & eos Nobiles, quibus non competit juriſdictio: Illos immunes dicit à Collectis, hos non item.

Diſpiciendum ergo nobis eſt, quæ opinio autoritati juris ſit conſona. Immunitatem à Collectis tributam eſſe Nobilitati, arguere videtur Text. *l.* 3. §. 1. *ff. de Munerib. & Honorib.* ubi militibus municipale munus injungi prohibetur. Convinci idem poſſe putatur *ex l. Medicos* 6. *ibi* Dd. *Cod. de Profeſſorib. & Medic. lib.* 10. Ubi Conſtantinus Imp. Legum Doctores cæ-

tes cæteroſq; Profeſſores ab omnib. muneribus civilibus & publicis immunes eſſe præcipit. Deniq; opinionem hanc tutari videntur Text. *in l. 4. l. Præcipimus 14. & l. pen. C. de dignitatib. lib. 12. & d. l. Non tantum 17. §. 1. ff. de excuſat.*

Verum enimverò quia hi Textus omnes diſertè agunt tantum de perſonalibus, non patrimonialibus muneribus, nihil auxiliantur opinioni huic.

34. Et certè Juſtinianei juris Autoritas clariſſimè arguere videtur, Nobilitati neutiquam Immunitatis Privilegium tributum eſſe, quo ad Collectam ſive munus patrimoniale. Hermogenianus etenim Juriſconſul. *in l. ſunt munera, 11. ff. de vacation. & excuſat. muner. Sunt* ait, *munera, quæ rei propriè cohærent; de quibus neque Liberi: neque ætas, neque merita militiæ, nec ullum aliud Privilegium jure tribuit excuſationem.* Conſonat Paul. Juriſconſul. *in l. ab his 10. in prin. ff. d. T. his verbis: Ab his oneribus. quæ poſſeſſionibus, vel patrimonio indicuntur, nulla Privilegia præſtant vacationem.* Confert. huc Text. *in l. 2. Codic. de munerib. patrimonior. lib. 10.* Ubi Anton. Imperator in hæc verba reſcribit: *Munera, quæ patrimoniis publicæ utilitatis gratia indicuntur ab omnib. ſubeunda ſunt.* Alexand. quoque Imp. *in l. 3. Cod. d. T. Qui:* ait, *Immunitatem munerum publicorum conſequuti ſunt, onera patrimonio-*

moniorum ſuſtinere debent. Accedit in eandem ſententiam Textus *in l, Profeſſio 6. & l. Patrimonium 9. C. d. T.*

Et quamvis Nobiles in Territoriis Principum prædia poſſidentes, niſi Land-ſaſſii & Subditi ſint, non cogãtur ad præſtandum Provinciales Collectas: attamen Collectarum Imperialium maximè Turcicarum ſarcinam ſubire tenentur, Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1500. Tit.* von der Ritter vnnd Knecht-Stewr *mihi pag. 44. & Tit.* Waß man mit der Ritterſchafft zu Francken/Schwaben/ vnd Rheinlanden handlen ſoll. 35.

Accedit, quod & Subditi Principum, quamvis ex Emptionis Privilegio fruantur, has Imperiales Collectas præſtare tenentur, ut *ex Receſſib. Imperii*, quorum meminit, oſtendit Mynſingerus *Decad. 15. Reſponſ. 1. numer. 17. part. 2.* 36.

Cæterum præter Collectam Turcicam, nullam aliam Imperii Contributionem imperari poſſe Germaniæ Nobilitati immediatè Imperio ſubjectæ, ex eo comprimis patere videtur, quod præallegatus Imperii Receſſus Auguſtanus *de Anno 1500.* Von der Ritter vnnd Knecht-Stewr/ *pag. 44. & Titul.* Waß man mit den Ritterſchafften zu Francken/Schwaben/ vnnd Rheinlanden handlen ſoll/ diſertè ſtatuit, *ut & Nobiles in Imperio immediatè in præ-* 37.

ſta ndis

vincialibus Contributionibus ordinariis & anniverſariis eſſe liberam, his verbis: Vnnd ob wol in berüerten Reichs-Abſchiden vnnd Ordnungen verſehen; das die vom Adel / vnd andere Gefreyte Perſonen zu den Türcken-Stewrē / vnd welche derowegen angelegt / daß dem Vngebührender weiß verſambletem / vñ vergattertem Kriegs-Volck begegnet / geſteüret / vnnd gewehret werde / contribuieren ſöllen: So iſt es jedoch ohngezweiffelt / daß die vom Adel / vnd andere Gefreyte Perſonen in allen andern fällen / Stewren vñ anderen anlägen / ohn allen Vnderſchid / es ſeyn Reichs-Kraiß-oder Land-Stewren / oder Anlagen / ſich jhrer Freiheit / vnd Immunität, zugebrauchen haben. Verum quia Mynſingerus ad confirmandum hanc ſuam opinionem nullam aliam adfert rationem, quā quod *in Receſſibus Imperii Auguſtanis de Anno 1548.* §: Wann auch ein außgezogner / *pag. 10. fac. 2. & de Anno 1555.* §: darmit auch ferner / *pag. 101.* cautum legimus, *quoſdam* Imperii Status *à Contributionibus ordinariis & anniverſariis eſſe immunes*, nec quicquam in ſpecie diſponitur de hac Nobilitatis libertate, nihil huic Mynſingeri autoritati & opinationi deferendum judico, *arg. l. Præcipimus 32. §. ult. C. de Appellat.* Maximè cum jure communi diſpoſitum ſit generaliter, ut omnis omninò ad oblationem publicarum functionum urgeatur, *l. Omnes 5. Cod. de*

annonis, *&* *Tributis lib. 10. l. 1. C. de Indictionib. lib. eod. & l. vacuatus 19. C. de Decurionibus lib. eod.*

42. Quia tamẽ prædicti aliiq; Receſſus Imperii Status Contributionum ordinariarum & anniuerſariarum libertate frui, connumeratur merito his & ipſe ſequeſtris Ordo, cui ſingulari quodam Cæſareo Privilegio, vel præſcriptione, ſive Conſuetudine Immunitas à Collectis illis comparata eſt, Guido Papa *dict. Deciſ. 384.* Tiraquel. *Tractat. de Nobilitate dict. cap. 20. num. 68.* Mynſing. *dict. decad. 15. Reſp. 1. num. 39. 44. & ſeqq. & num. 54. part. 2.* & alij, quos citat Henric. à Roſenthal *Tractat. feudal. Cap. 5. Concluſ. 79. num. 14.*

Ad hæc Germaniæ Nobiles, ut non præſtant Contributiones anniuerſarias & ordinarias, ſi jure Immunitatis ſingulari ſint vallati: ita nec prædia ipſorum feudalia Contributionum oneri ſunt aggreganda, niſi Turcica ſit Collecta indicta; ut latè oſtendi *ſupra cap. 4. nu. 12. & ſeqq.* quam ſententiam alios ſequutus, quos allegat, amplectitur quoque Tiraquell. *Tractat. de Nobilitat. cap. 20. numer. 167. & ſeq.*

43. Hoc loco non incommodè in Quæſtionem vocari poteſt: Si Nobilis Immunitatem à Collectis habens prædium quoddam in alium, qui Nobilis non eſt, alienet, an novus ille poſſeſſor ex ipſo ſprædio Collectam ſolvere teneatur?

Hæc

Hæc Quęſtio expeditam habet Deciſionem ex illis, quæ *ſupra de Eccleſiaſticis prædiis ad laicum tranſlatis* dicta ſunt; & diſtinguendum hic inter prædium, cui realiter Immunitas illa cohæret, & illud prædium, ex quo Nobilis non præſtitit Collectas ob ſuum duntaxat perſonale Privilegium & Immunitatem. Ex illo etenim novus poſſeſſor Collectam ſolvere non cogitur, cum res qualibet tranſeat cum ſua Cauſa; Ex hoc verò Collectarum oneri aggregari poteſt, cum Perſonę jus, & Privilegium cohærens cum alio communicabile non ſit, *l. Privilegia 196.* ubi Dd. *ff. de Reg. jur. & l. Ætatem, 3. §. Rebus, & l. ſeq. §. Quanquam ff. de cenſibus.* Atque ita decidendam hanc eſſe Quæſtionem arbitratur quoque poſt alios Tiraquel. *Tractat. de Nobilitat. capit. 20. numer. 171.*

Quemadmodum Nobiles regulariter immunes non ſunt à Collectis, quæ Poſſeſſionibus indicuntur: ita nec Legum, aliive Dd. 44.
Immunitatem ab iiſdem Contributionib. ſine ſpeciali Privilegio prætendere poſſunt, per eadem fundamenta, quibus Concluſionem de Nobilitate collectāda firmavi *proximè.* Et ſentiunt Ægid. Thomat. *Tractat. de munerib. patrimonior. §. Medici verò, pag. 421.* Uueſenb. *conſ. 40. n. 32. part. 1.* & Jacob. Thoming. *Deciſ. 55. per tot.* Petr. Heig. *Quæſt. 17. num. 18. 19. & 21. part. 1.*

45. A muneribus tamen perſonalibus ſunt liberi, ut Nobiles: ſicuti *ſupra* dictum eſt, ſic & Dd. & liberalium Artium Profeſſores, *l. Medicos 6. & l. ult. C. de Profeſſorib. & Medic. lib. 10.*

46. Liberi quoque ſunt iidem ab illis muneribus, quæ extraordinem indicta, ſumptu patrimonii & detrimento adminiſtrantis expediuntur; qualia ſunt munus hoſpitis in domo recipiendi, munus muniendi vias, exhibitio angariarum & verhedorum, *l. 3. Cod. de Munerib. patrim. lib. 10. l. 3. §. Munus hoſpitis 14. l. Cui muneris 12. verſ. Cætera omnia, junct. l. Honor. 14. §. viarum, 2. & l. ult. §. patrimoniorum ſunt munera 18. junct. §. patrimoniorum autem munera, & §. pen. ff. de Munerib. & Honorib. l. Hi, qui 6. l. à Munerib. 7. l. In Honoribus 8. §. Qui Muneris, 3. l. Ab his 10. §. Angariorum, 3. & l. ſeq. ff. de vacat. & excuſat. muner. l. Maximarum 12. C. de excuſat. Muner. lib. 10. l. Archiatros 8. de metatis, lib. 12. & d. l. ult. C. de Profeſſorib. & Medic. lib. 10.*

47. Metatores, qui præparandi & enotandi hoſpitii gratia præcurrunt, & ſingulis quibusque domus deputant enotantque, ac poſtibus hoſpitaturi nomen adſcribunt, die Fuhrierer/ *l. 1.* ubi Cujac. *Cod. de Metatis lib. 12.* hoſpitali moleſtia afficere non poſſunt vel Nobiles vel Doctores, aut liberalium Artium Profeſſores *d. l. Archiatros, 8. C. d. T.* Eodem Privi-

legio

legio gaudent quoque Clerici, *l. 1. & l. 2. §. Ad parangariam, 3. C. de Epiſcop. & Cler.*

Sextò Immunitate à Collectis etiam pa- 48.
trimoniorum fruuntur & illi, quibus vacatio iſthæc à Principe per Privilegium ſpeciale nominatim eſt conceſſa, *l. ſunt munera, 11. ibi, præterquam quibus principali beneficio conceſſum eſt. ff. de vacat. & excuſat. muner. l. un. Cod. de iis, qui à Principe vacationem acceperunt lib. 10. l. Non tantum 17. §. Non omnia, 3. ibi, niſi nominatim id Privilegium eis indultum ſit, ff. de excuſat.* Mynſing. *Reſp. 1. num. 98. decad. 11.*

Cæterum huic Concluſioni magnopere 49.
obloqui videntur varii juris Textus, *in l. in fraudem 7. C. de annonis & Trib. lib. 10.* Impp. Gratian. Valentinian. & Theodoſ. reſcribunt, contra utilitatem publicam Immunitatem à Contributionibus realib. reſcripto Principis dari nõ poſſe. Sic *in l. vacuatis 19. C. de Decurionib. lib. 10.* cautum legimus, non valere Principis reſcriptum, quo civilium munerum vacatio quibuſdam præſtita fuit. Non minus *in l. ult. Cod. de diverſ. prædiis Vrban. & Ruſtic. lib. 11.* Imp. Zeno ſtatuit, *Immunitatem à publicorum redituum præſtatione reſcripto Imperiali haud concedi poſſe.* Ad hæc *in l. ult. §. Ab hujusmodi, ff. de Munerib. & Honorib.* Juriſconſultus Arcadius Chareſius diſertè docet, *quod Immunitas à Muneribus patrimonialibus non competat ei, qui Privilegio aliquo*

ſubnixus eſt. Æque Theodoſ. & Honor. Impp. *in l. 1. Codic. de Indictionib.* reſcripſerunt, *neminem à Canonica ſive ordinaria Indictione immunem eſſe. licet Privilegium aliquod habere doceatur.* Præterea *in l. jubemus 10. Codic. de Sacroſanct Eccleſ.* generaliter diſponitur, ne contra jus, & utilitatem publicam impetrata Privilegia vires habeant, licet Religionis intuitu ſint cõceſſa. Confert quod in præjudicium tertii Privilegium concedi non poteſt, *l. Reſcripta 7. Codic. de precib. Imp. offerend. l. Nec Avus 4. Codic. de emancip. Liberor. & l. ex facto 43. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Quocirca nec in Reipubl. præjudicium vacatio à muneribus publicis poſſeſſionibus indictis præſtari poteſt. Poſtremò quod Imp. indulgere cuiquam non poſſit Immunitatem ab ordinariis Collectis patrimonialibus, ſentit Ægid. Thomat. *dict. Tractat. de munerib. patrimoniar. dict. §. Nobilitas per Inveſtituram, numer. 17. & ſeqq. pag. 647. & ſeqq.*

50. Sed quod attinet *dict. leg. in fraudem 7. Codic. de annon. & Tribut. d. l. Evacuatis 19. Cod. de Decurionib. & d. l. ult. Cod. de diverſ. prædiis urban.* diſtinguendum hic judico inter Collectam, quã ſumma neceſſitas publica imperari facit, & eam Contributionem, quæ quidem ob publicam utilitatem indicitur, at non extrema neceſſitate exigente, Ab illa Immunitas præſtari non poteſt, *l. 1. C. de indict. l. Neminem 11. C. de*

SS. Ec-

SS. *Eccleſ* ab hac poteſt concedi, *d. l. ſunt munera. 11. ff. de vacat. & excuſat. muner.* Et patet hæc Diſtinctio ex Receſſibus quoque Imperii, qui arguunt, quod licet Status nonnulli ab ordinariis Contributionibus publicis Immunitate fruantur, attamen contra Turcicas Contributiones prætendi Privilegium non poſſe. Adparet hoc ex Receſſu Imperii *de Anno 1495. Tit.* Von dem gemeinen Pfenning / *in prin. pag. 29. de Anno 1500. Tit.* von Soldnern / wie die auffgeſetzt / vnnd gehalten werden ſollen / auch was ein jeglich Menſch geben ſoll / *& Tit. ſeqq. pag. 42. & ſeqq. de Anno 1542.* §. vnnd wiewol / *pag. 280. de Anno 1544.* §. vnnd nämblich ſollen alle / *pag. 112. fac. 2. in prin. Anno 1576.* §. vnnd nach dem dieſelbe / *Anno 1582.* §. vnnd nach dem ſollen die Vnderthonen / *& de Anno 1594.* §. nach dem ſollen die Vnderthonen.

Eſt quoque communis Dd. Concluſio, quod Immunitas conceſſa alicui ab oneribus & Collectis ordinariis, ſolitis & inſolitis, non extendatur ad onera, quæ imponuntur ratione Belli, vel alterius publicæ neceſſitatis, Andr. Gayl. *libr. 2. Obſervat. practic. Obſervat. 52. numer. 26.* Mynſing. *Centur. 4. Obſervat. 70.* Ludolph. Schrad. *Tractat. Feudal. part. 10. Sect. 1 n. 130.* Petr. Heig. *Quæſt. 18. n. 26. part. 1.* & alii plures, quos magno numero Schrad. & Heig *dictis locis* citant.

Quod verò cæteros attinet Textus pro cõtraria militantes opinione *in d. l.ult.§. Ab hujusmodi, ff. de Munerib. & Honorib. l. 1. Cod. de indict. & l. jubemus 10. C. de SS. Eccleſiis*, loquuntur illi de Immunitate generaliter & ſimpliciter conceſſa. Hìc verò agimus de Immunitate ordinaria nominatim & in ſpecie conceſſa.

51. Quibuſdam tamen caſibus Privilegium Immunitatis à publicis Cõtributionib. indultũ ex ſententia Dd. extenditur quoq; ad Contributiones publicę neceſſitatis cauſa indictas. Et primò quidem ſi datum ſit hoc Privilegium per Contractum oneroſum. Hujuſmodi enim Privilegium, ex communi Dd. ſententia, porrigitur quoque ad Collectas, aliaq; onera propter Bellum vel aliam neceſſitatem publicam indicta, ut volunt Roland. à Valle *conſil. 76. numer. 23. vol. 2.* Ludolph. Schrader. *Tractat. Feudal. part. 10. dict. Sect. 2. num. 130. in fin.* Ubi plures alios hujus Concluſionis patronos allegat.

52. Deinde Dd. noſtri idem putant dicendum, ſi nominatim Immunitas à Collectis quoque & oneribus Belli ſit data: ita ſentit Cacheran, *Deciſ. Pedemontana 39. num. 20.* quem ſequi videtur, Mynſing. *Cent. 4. Obſervat. 70. verſ. Poſt hæc ſcripta reperi.* Sed haſce limitationes in Turcicis Collectis vix admittunt Receſſus Imperii, quorũ memini *ſupra*. Vide quoq; Dd., quos refert

Digitized by Google

refert Henric. à Roſenthal. *de Regal. cap. 5. Concluſ. 86. num. 4.* quo capite plures limitationes ex Dd. proponit. In aliis verò Contributionibus eas procedere non dubito, *per Text. in l. ſunt munera 11. in fin. ff. de vacat. muner.*

Non obſtat, quod in præjudicium tertii concedi non poteſt Privilegium. Hoc etenim, de quo agimus, Privilegium neque tertio alicui, neque Reipubl. præjudicat: cum Princeps, qui Privilegium hujuſmodi conceſſit, ex ſuo ærario remiſſam alicui Collectam hanc depromere teneatur, ut poſt alios, quos citant, ſcribunt Cacheran. *Deciſ. 95. num. 12. & 23.* & Roland. à Valle *dict. conſil. 76. num. 5. & 6. vol. 2.* & patet ex Receſſu Imperii Auguſtano *de Anno 1548. §.* vnnd als durch die / *pag. 10. & §. ſeq. pag. 11. & de Anno 1555. §.* damit auch ferner / *ibi,* oder die außziehende Stände für ſie Vnabbrüchig zubezahlen ſchuldig ſeyn / *pag. 101.* 53.

Non deſunt tamen, qui exiſtimant, quod onus aliquibus gratioſè remiſſum cæteris accreſcat Subditis, Bart. *in l. 2. Cod. de Apoch. public. lib. 10.* & Johan. Andreæ, & Abb. *in c. Pervenit, extra de Immunitate Eccleſiæ.* Sed hanc opinionem meritò rejiciunt alii, Jacob. de S. Georg. *Tractat. Homag. num. 38.* Lucas de Penna *in l. Actores 4. verſ. unde inducitur hac Lex, Cod. de Exactorib. Tributor. lib. 10.* Nicola. Boer. *Deciſ. 213. num. 3.* Burſat. *conſil. 16. num. 67. vol. 1.* 54.

Roland. à Valle *dict. conſil. 76. numer. 5. & 6. vol. 2.* Cacheran. *dict. Deciſ. 95. numer. 12. & 23.* Et pertinet huc pulchrum illud Caſſiodori Dictum, *libr. 2. variar. Epiſtol. 17. Munificentiam noſtram nulli volumus eſſe damnoſam, ne, quod alteri tribuitur, alterius diſpendiis applicetur. Nec inferri à quoquam volumus, quod alteri noſtra largitate remiſimus, ne (quod dictu nefas eſt) bene meriti munus innocentis contingat diſpendium.*

55. Sed quæritur de heredibus privilegiati, num & illi immunes ſint à Collectis patrimoniorum? Diſtinguendum hic eſt inter Privilegium hoc perſonale & reale Privilegium. Illud cum privilegiati perſona extinguitur; hoc verò ad heredes tranſit, *per Text. in l. Privilegia 196. ff. de Reg. jur. & l. Ætatem 3. §. Rebus, & l. ſeq. §. Quanquam ff. de cenſib. l. 1. §. Perſonis, ff. de jure Immunitatis, & l. Vacatio, 13. ff. de Munerib. & Honorib.*

56. Præſumitur autem hoc reale Privilegium, quando per viam oneroſi Contractus indultum probatur. Quippe cum contrahentes ſuis quoque heredibus proſpicere præſumantur *l. ſi pactum 9. ff. de probat*, ut docet Carol. Tapia *in Comment. ad Rubr. & l. ult. ff. de Conſtitut. Principum, part. 2. cap. 9. num. 1. & ſeqq.* Item ſi generaliter tributum ſit eo jure Immunitatis Privilegium, ut ad poſteros tranſmittatur *l. 4. ff. de jure Immunit.*

Similiter

Digitized by Google

Similiter ſucceſſores Principis Immunitatem largientis revocare eam nequeunt, ſi realis fuerit, *c. Quoniam Abbas*, ubi Canoniſtæ, *extra de offic. & poteſt judic. delegat.* Cephal. *conſil. 58. num. 38. vol. 1.* Burſat. *conſil. 16. nu. 77. & ſeq.* Realis autem præſumitur, quando Princeps, tanquam Princeps, & nomine Dignitatis ac Officii ſui Immunitatem hanc alicui tribuit, *d. c. Quoniam, extra de offic. & poteſt. judic. delegat.* Roland. à Valle *conſil. 1. num. 179. vol. 2.* & Carol. Tapia *in dict. Comment. ad Rubr. & leg. ult. ff. de Conſtitut. Princip. part. 2. cap. 9. numer. 11. & 12.* Ubi varios Autores latè adducit. 57.

Septimò Immunitatem à Collectis adquiri etiam Conſuetudine antiqua commune eſt Dd. Pronunciatum: qui tradunt, Nobiles aliosvè dignitate præſertim pollentes, ac Civitates non cogi ad Collectarum ſolutionem quicquam contribuere, ſi aliquo in loco uſitatum ſit & conſuetum, ut nihil ad ſolutionem Collectarum tribuant, Jacobin de S. Georgio, *Tract. de Homagio, num. 41. circa fin.* Guido Papa *Deciſ. 384. & Deciſ. 387. & conſil. 217. in fin.* Albert. Brun. *conſil. 103. num. 3.* Tiraquel. *Tractat. de Nobilit. cap. 20. num. 168.* Laurent. Sylvan. *conſil. 61. num. 21.* quos refert & ſequitur Mynſing. *Reſponſ. 1. nu. 44. 48. & ſeqq. decad. 15.* 58.

Cæterum ab hac communi ſententia

diſce-

diſcedit Ægid. Thomat. *Tractat. de Munerib. Patrimonior. §. Exactis Eccleſiaſticis Perſonis, num. 21, verſ. ſi in ſui tutelam, pag. 350. & ſeqq.* Ubi contrariam opinionem ſuam ſeptem Argumentis roborare intendit.

Verum commune Pronunciatum, ut obtinuit uſu: ita juris Autoritati conſonum putari debet, per Text. qui arguunt in muneribus & Contributionib. etiam publicis Conſuetudinem ſpectandam eſſe, *l. 1. §. 2. verſ. Ex his enim, ibi, ex Conſuetudine longa, ff. de Munerib. & Honorib. l. Negociatores. 7. ibi, ſecundum veterem Conſuetudinem ab omni munere immunes eſſe, & l. Maximarum 12. ibi, vetuſto more durante, C. de Excuſat. Muner. l. 1, ibi, vetus Conſuetudo ſervetur, junct. l. 2. Cod. de exactione & tranſlatione militarium annonar. lib. 12. l. Miſſi opinatores 7. ibi, Conſuetudine ſervata Regionum, C. de exactorib. Tutor. l. un. ibi, placuit neminem abſque Conſuetudine eſſe cogendum, C. de auro Coronar. lib. 10. & l. 2. in prin. ibi ſed ſi nihil propriè in Patria ſervetur, ff. de vacat. & Excuſat. Muner. & l. 4. §. ult. ibi, Conſuetudo ſpectari ſolet, ff. de publican. & vectigal.*

His juris Textib, adjungi poteſt & hæc ratio, quod Immunitas à Contributionibus etiam Privilegio Principis adquiri poteſt; ut *ſu-*
59 *pra* oſtendi. Privilegio autem Principis comparatur legitima & antiqua Conſuetudo, *c. ſuper qui-*

per quibusdam, §. *Præterea*, *extra de verb. ſignif. l.* 1. *in fin. ibi, longa Conſuetudine*, *& l.* 2. *in prin. ibi, vetuſtas, quæ ſemper pro Lege habetur, ff. de aqua, & aquæ pluv. arcend. & l.* 3. §. *Ductus aquæ*, ubi Dd. *ff. de aqua cottid. & æſtiv.* Cui conſequens, quod & Conſuetudine à Contributionibus Immunitas adquiri poſſit.

Poſtremò veterem Conſuetudinem de Immunitate à Collectis ordinariis & anniverſariis confirmat etiam Receſſus Imperii Spirenſis *de Anno* 1542. *pag.* 280. §. Vnnd wiewol in den Jüngſten / *ibi*, Altem Gebrauch nach / *&* §. *ſeq.* So altem Gebrauch nach / *item ibi*, doch jhnen an jhren alten Gebräuchen / vnd Herkommen ſonſt in allweg Vnſchädlich / vnd Vnnachthailig.

Quod attinet Thomati contrariæ opinionis Argumenta, tanti illa non ſunt momenti, ut communem Dd. ſententiam expugnare queant. Iſthæc enim omnia eò tendunt, quod cum Contributionibus publicis omnes omninò ſint obligati, nec quiſquam ab illis immunis eſſe debeat, ne quidem Principis reſcripto, ut *ſupra* aliquot Juris Textib. manifeſtum reddidi, ſatis ſuperque inde convinci, quod Conſuetudo adverſus Legem publicam, & Juris diſpoſitionem planè ſit inefficax, *per l.* 2. *Cod. Quæ ſit long. Conſuetud. & l.* 3. §. *Divus, ff. de ſepulchro violat.* 60.

Verum

Verum enimverò quo ſenſu accipiendi ſint Juris Textus, qui omnes omnino Contributionibus patrimoniorum obnoxios eſſe jubent, oſtendi *ſupra eodem hoc Capite*, ubi diſtinguendum putavi tum inter Contributionem, quã ſumma neceſſitas publica imperari jubet, & eam Collectam, quæ quidem ob publicam utilitatem indicitur, at nõ extrema neceſſitate poſtulante exigitur: tum etiam inter eã à Collectis Immunitatem, quæ per modum oneroſi Contractus tributa dicitur, & aliam Contributionum Immunitatem ſimpliciter conceſſã.

Quod verò pertinet *ad l. 2. Cod. Quæ ſit longa Conſuetud.* ejus Sententia hæc eſt, quod Conſuetudo ſuo in genere non habeat vim majorem, quã Lex in ſimili genere, ſed par ſit, & æqualis Conſuetudinis & Legis auctoritas, ut interpretatur ejus Legis Textum Donel. *lib. 1. Commentar. cap. 10. pag. 24.* Vel exaudiendus eſt ibi Conſtantinus Imp. de Conſuetudine, quæ nondum omnino recepta & firmata eſt uſu, Petr. Heig. *Quæſt. 1. num. 97. part. 1.* Neque facit negotium *d. l 3. §. Divus ff. de ſepulchro violat.* Eſt enim de Statuto locali publicæ Legi derogatoriæ contrario.

61. Octavò Immunitas à præſtandis Contributionibus adquiritur etiam legitimâ præſcriptione. Etſi enim Ægid. Thomatus *Tractat. de Contribution. patrimonior. d. § Exactis Eccleſia-*

ſticis

ſticis perſonis, num. 26. pag. 361. & ſeqq. variis conetur oſtendere Argumentis, virtute præſcriptionis non adquiri Immunitatem à Collectis: attamen contrariam ſententiam amplectuntur alii communiter, quos *infra* referam, quoſq; ſequitur Henric. à Roſenthal. *Tractat. Feud. cap. 5. Concluſ. 84. nu. 2. & 3.* eamq; firmioribus munitam eſſe rationibus certum eſt. Primò enim omnia omninò jura præſcriptioni obnoxia eſſe dicuntur, niſi expreſsè & nominatim ab ea ſint exempta, Panorm. *in c. Accedentes, col. 3. extra de præſcript. & conſil. 94. incip. Quædam Eccleſia, vol. 1.* Modeſtin. Piſtoris *conſil. 4. n. 27.* Secundò roborat hanc ſententiam *Text. l. ult. C. de Fundis patrimonialib. lib. 11.* cui ſimiliter ſubvenit Argumentum *l. 4. C. de præſcript. 30. vel. 40. Annor.* Tertiò firmamentum capit hęc ſententia ex Receſſu Imperii Auguſtano, *de Anno 1548. §.* vnnd ſoll vnſer / *pag. 10. fac. 2. & §.* Wann auch ein außgezogner / *pag. 11. fac. 1.* Priori loco Decreti Imperialis hæc extant verba: Ob einer deß Reichs Anſchläge befreyhet / darwider / wie in ſolchen fällen recht iſt / præſcribiert, oder ſonſt auß erheblichen rechtmäßigen vrſachen ſein Hülff in das Reich zuthun nit ſchuldig. Poſteriori loco inter cætera hæc habentur verba: Im fall daß ein außgezogner / oder außziehender Stand außführen wolt / daß er der Reichs-Anſchläge vnnd Hülff halben 62

privile-

privilegiert ſeye / oder wider die Reichs-Anſchläg vnd Hülff legitimè præſcribiert hab ꝛc. Confert eodem Receſſus *ejusdem* §. wa fern auch / *pag. 11. fac: 2:* Ubi Senatus Imperialis ita ſtatuit: Wo innerhalb Menſchen gedencken der außgezogen Stand dem Reich einmahl / zwey / oder mehr geſtewrt hette / ſoll ſolcher Stand / mitler Zeit Rechtlicher Erörterung der ſachen / der Stewr nicht befreyhet / ſondern dieſelben zu raichen ſchuldig seyn. Ex cujus diſpoſitionis ſenſu contrario intelligitur, ſi quis præſcriptione temporis immemorialis, aut quo alio jure Immunitatem à Collectis adeptus ſit, nec poſtea aliquoties ipſas ſolverit Contributiones, liber omninò ſit ab hoc onere.

63. Æque tuetur Concluſionem hanc; quod Collectæ, & vectigalia ejuſdem juris eſſe dicuntur; Corne. *conſil. 142: Incip. Præſens Conſultatio numer. 5. vol. 1:* Burſat. *conſil. 161. Incip. Dum Magnificus, numer. 38:* Alciat. *conſil. 84. numer: 1:*
64. *& 2. lib: 5.* Immunitas autem à vectigalibus tempore immemoriali præſcribi poteſt, Bart. *in l. Locatio: 9. §. Earum, ff. de publican: & vectigalib.* Mynſing. *Cent. 5. Obſerv. 29. num: 11. per d: l: Locatio 9. §. Earum, ff. de public. & vectigal.* Modeſtin. Piſtoris *dict. conſil. 4. numer: 27.* Quocirca & Immunitas à Collectis præſcriptione legitima adquiri poteſt.

65. Adhæc Immunitas à Collectis Privilegio

gio Principis concedi poteſt, ut *ſupra* oſtendi: Poteſt ergo & legitima præſcriptione adquiri, cum Privilegium Principis, & legitima præſcriptio à pari procedant, *dict. c. ſuper quibusdam, §. Præterea extra, de verb. ſignif. & d. l. 3. §. Ductus aquæ, ff. de aqua cottid. & æſtiv.* Siquidem vix ſit, ut non videatur alienare, qui præſcribi patitur, *l. Alienationis verbum 28. in prin. ff. de V. ſignif.* Hinc Dd. noſtrorum ſententia: Quod 66. eſt quæſibile Privilegio, eſt etiam quæſibile præſcriptione, Modeſtin. Piſtoris *dict. conſil. 4. num. 30.*

Denique communibus Dd. votis comprobatum videmus, quod etiam jure præſcriptionis legitimæ aliquis immunis eſſe poſſit à Collectis, Bart. *conſil. 59 num. 7. lib. 1.* Bald. *conſil. 112. & conſil. 257. lib. 2.* Panormit. *conſil. 94. lib. 1. & conſil. 26. col. 2. libr. 2.* Paul. Caſtr. *conſil. 313. lib. 1.* Corn. *conſil. 43. col. 1. libr. 2. conſil. 22. col. 5.* Alex. *conſil. 30. lib. 5.* Ripa *Reſp. 4. num. 7. Tit. de diverſ. reſcript.* Curt. jun. *conſil. 42 col. pen. conſil. 177. col. 4.* Balbus *Tractat. de præſcript. part. 2. quintæ partis principalis, Quæſt. 7. pag. 423. & ſeq.* Ruin. *conſil. 217. lib. 1.* Pariſ. *conſil. 69. numer. 7. lib. 1.* Cravet. *conſil. 111. num. 9. & ſeqq.* Laurent. Sylvan. *conſil. 57. num. 34.* Natta *conſil. 446. numer. 12. & conſil. 649. num. 3. & ſeqq.* Cephal. *conſil. 528. numer. 51. lib. 5.* Borel. *conſil. 74. num. 53.* Didac. Covar. *in c. Poſſeſſor malæ fi-*

dei, Tit. de Reg. jur. in 6. part. relationis ſecunda, num. 8. & Mynſing. *dict. Reſp. 1. numer. 54. decad. 15.*

67. Cæterum, quanto temporis ſpacio præſcribatur & adquiratur Immunitas à Collectis, in diſquiſitionem venit. Diſtinguunt autem Dd. inter præſcriptionem, quæ titulo licet invalido munita eſt, & eam præſcriptionem, quæ
68. omni vacat titulo. Ad præſcriptionem, quæ conjuncta eſt cum titulo, deſiderant Dd. tempus 40. Annorum, *per Text. in d. l. ult. Codic. de fundis patrimonialib. libr. 11. & l. 4. Cod. de præſcript. 30. vel 40. Annorum*, Cravet. poſt alios *conſil. 111. num. 11. & ſeq.* Balbus *dict. Tractat. de præſcript. Quæſt. 7. numer. 4. in fin.* Cephal. *dict. conſil. 528. numer. 51. vol. 5.* Natta *dict. conſil. 649. numer. 3.* Borel. *dict. conſil. 74. numer. 53.* Ferrar. *in forma libelli in actione confeſſoria, in verb. Plenam & omnimodam juriſdictionem, numer. 18.* Mynſing. *Reſponſ. 70. numer. 3. decad. 7. & Reſponſ. 1. numer. 57. decad. 15.* Modeſtin. Piſtoris *dict. conſ. 4. n. 34.* ubi alios pro hac ſententia al-
69. legat. Illud autem 40. Annorum ſpacium ab eo metiri jubemur tempore, quo generaliter indictæ ſunt Collectæ, at non ſolutæ ab eo, qui Immunitatem prætendit, licet aliquoties ab aliis Subditis eæ ſint exactæ, & præſtitæ, *d. l. ult. Cod. de fundis patrimon. libr. 11.* Franciſc. Balbus *dict. Tract. de præſcript. part. 2. quintæ principalis, Quæſt. 7. numer. 4. verſ. Quartò requiritur.*

pag.

Digitized by Google

pag. 424. & ſeq. ubi ſcribit, *quod factâ Immunitatis à Collectis conceßione invalidâ, ſi intra ſpacium 40. Annorum generaliter indicta ſit Collecta, at non ſoluta ab eo, qui conceßione illa nititur invalidâ, is liber & immunis efficiatur à Collectarum ſarcina: quod ſpacium Annorum 40. à tempore impoſitionis Collectæ alicujus ſuum incipiat curſum.* Idem conſulendo tradit Modeſtin. Piſtoris *dict. conſil. 4. num. 34. lib. 1.* Ubi Alexandrum ſequutus dicit, *quod quando interceßit conceßio Immunitatis, licet ea ſit invalida, ſufficiat tamen ad præſcribendum cũ ſpacio 40. Annorum; adeo, ut decurſis 40. Annis à tempore, quo non ſunt ſolutæ, quæ tamen dicto tempore alioqui generaliter fuerint impoſitæ.* Conſentit in idem Pronunciatum Mynſing. *Reſp. 70. nu. 3. decad. 7.*

Ubi duo ad præſcribendam Immunitatem à Collectis requirit. Primum ut is, qui ex præſcriptione prætendit hanc Immunitatẽ, intra Annos 40. non ſolverit Collectas Subditis generaliter indictas. Alterum, ut tempus illud 40. Annorum poſt aliquam Collectarum Subditis indictarum exactionem effluxerit. Idẽ Mynſing. *Reſp. 1. num. 68. & 70. verſ. Secus autem eſt, decad. 15.* ſcribit, Dd. communiter concludere ad hoc, *ut Immunitas à Collectis præſcribi poßit, ſufficere caſum, quo Collecta imponi potuit, & generaliter etiam impoſita fuit, eveniſſe, & ab iſto tempore 40. Annos elapſos eſſe.* 70.

71. Sed quæri hic poteſt, quomodo Titulus ille ſit probandus, quem prætendit is, qui hac Immunitatis præſcriptione ſe munitum dicit? Volunt autem Dd. Titulum Immunitatis à ſolvendis Collectis præſumi ex lapſu temporis illius longiſſimi, Jacobin. de S. Georg. *Tractat. de Homagio, numer. 41.* & alii, quos refert & ſequitur Mynſing. *dict. Reſp. 1. numer. 73.*
72. *decad. 15.* Cum enim præſcriptio longiſſimi temporis neceſſariò juſti tituli probationem non deſideret, *l. ſi. quis, 8. §. 1. verſ. Niſi ipſe injuſtus poſſeſſor, Cod. de præſcript. 30. vel 40. Annor.* Conſequens ei eſt, titulum illum ex tanti temporis præſcriptione præſumi poſſe. Id quod volunt etiam Jaſon. *in l. 2. numer. 155. C. de jur. Emphyt.* & poſt alios Franciſc. Balb. *Tractat. de præſcript. part. 2. tertiæ principalis, num. 27. verſ. ſecus, ſi interceſſiſſet ſpacium,* Anton. Gabriel. Roman. *lib. 1. de probationib. Concluſ. 1. num. 18.* & Maſcard. *de probationib. Concluſ. 1371. numer. 91. vol. 3.*

73. In dubium vocatur & illud, an requiratur ad Immunitatem à Collectis præſcribendam, ut præſcribens ad ſolvendas Collectas ſpecialiter ſit requiſitus, is verò eas ſolvere expreſſim recuſaverit? Ajentem Concluſionem amplectuntur Jacobin. de S. Georg. *Tract. de Homag. num. 41.* Alex. *conſil. 136. num. 19. vol. 2.* & alii, quos recenſet Mynſing. *dict. Reſp. 1. n. 67.*

decad.

decad. 15. & Henricus à Roſenthal. *Tract. Feudal. cap.* 5. *Concluſ.* 84. *numer.* 3. & *ibid. in addit. ſub lit.* C.

Negantem verò ſententiam probant Franciſc. Balbus, *dict. Tractat. de præſcript. part.* 2. *quintæ principalis*, *num.* 4. *verſ. Quartò requiritur.* Mynſing. *dict. loco, num.* 68. & 70. & Modeſtin. Piſtoris *dict. conſil.* 4. *numer.* 33. & *ſeq. lib.* 1. Et quia nuſquam in jure noſtro ad præſcriptionem 30. vel. 40. Annorum illius juris, quod præſcriptioni obnoxium eſt, deſideratur interpellatio & recuſatio præſcribentis, eam ſanè hic fruſtra exigimus. Maximè cum etiam Dd. communiter ad præſcribendam à Collectis Immunitatem requirant tantum, quod quis 40. Annis non ſolverit Collectas, cæteris eas ſolventibus, nec ullam de iſthac interpellatione, vel recuſatione mentionem faciant: quos Dd. agminatim congeſſit Mynſing. *dict. Reſp.* 1. *numer.* 68. *decad.* 15. & Caſpar. Klocke *in Diſſertatione Theorico-politica de Contributionib. Concluſ.* 45.

Quod attinet bonam fidem præſcribentis, licet illa Canonico Jure in omni requiratur præſcriptione, *c. Poſſeſſor, Tit. de præſcript. in* 6. & *c. ult. extra eod. Tit.* proindeque & in hac Immunitate à Collectis præſcribenda quidam deſiderant eam, Alex. *dict. conſil.* 136. *col. pen. vol.* 2, Ripa *Reſponſ.* 4. *numer.* 14. *Tit. de di-* 74

verſ. reſcript. Mandell. *conſil. 62. num. 38.* quia tamen Jure Civili in præſcriptione longiſſimi temporis 30. vel 40. Annorum ea non exigitur, *l. pen. §. 1. Cod. de præſcript. 30. vel 40. Annor.* probanda eſt illorum ſententia, qui volunt, quod bona fides in preſcribente Immunitatem hanc adverſus Collectas ex iſthoc longiſſimo temporis ſpacio præſumatur in dubio, Balb. *de præſcript. part. 2. 5. prin. Quæſt. 7. n. ult.* Cephal. *conſ. 129. numer. 11.* & alii, quos refert & ſequitur Mynſing. *dict. Reſp. 1. numer. 74. & ſeq. decad. 15.* & Modeſtin. Piſtoris, *dict. conſil. 4. num. 38. lib. 1.*

75. Non deſunt qui ad præſcriptionem Immunitatis ab ordinariis Collectis requirunt etiam ſcientiam & patientiam Domini, adverſus quem præſcribitur hæc Immunitas, in quorum numero ſunt Franciſc. Balb. *dict. Tractat. de præſcript. part. 2. quintæ princip. Quæſt. 7. numer. 4. verſ. Quartò requiritur, pag. 424.* & alii plures, quos recenſet Mynſing. *dict. Reſp. 1. num. 73. verſ. Preterea licet aliqui, decad. 15.*

Atqui horum opinioni fundamentum in jure noſtro poſitum eſt nullum. Quod enim attinet. *l. 2. ibi, eoſciente, Codic. de ſervitutib. & aqua*, eſt illa tantum de præſcriptione longi temporis, non de præſcriptione temporis longiſſimi, 40. ſcilicet Annorum, de quâ hîc agimus; Eſt item Lex illa de præ-

de præſcriptione, quæ fit ſine titulo, de qua etiam loquitur Juriſconſultus Ulpianus *in l. Si quis diuturno* 10. *in prin. ff. ſi Servitus vindicet.* Hic autem ſermo nobis eſt de præſcriptione Immunitatis, quæ fit cum titulo, licet invalido.

Et quia longi temporis præſcriptione mediante titulo Servitus adquiri poteſt etiam ignorante fundi ſervientis Domino, *l. 1. §. ult. ff. de aqua & aqu. pluv. arcend. d. l. 2. C. de Servit. & aqua, & l. ult. in fin. C de longi temp. præſcript.* cur non æquè in longiſſimi temporis 40. Annorum pręſcriptione, titulo quodam licet invalido munita, adquiretur Immunitas à Collectis, etiam Domino ignorante, adverſus quem fit præſcriptio?

Sed poſito eſſe neceſſariam & in hac pręſcriptione ſcientiam & patientiam Domini: attamen præſcribens eam probare non tenetur, cum ex lapſu temporis longiſſimi ea præſumatur, Salyc. *in l. Autoritatem 2. Codic. unde vi.* Caldrinus *conſil. 15. col. 1.* Dec. *conſil. 185. col. 6.* Cravett. *de antiqu. tempor. part. 1. §. Ex præmiſſis, num. 40. & part. 4. §. Abſolutus, numer. 15.* Laurent. Sylvan. *conſil. 96. num. 5.* Mynſing. *d. Reſp. 1. num. 77. decad. 15.* 76

Quod verò attinet præſcriptionem Immunitatis ab ordinariis Collectis, quæ nullo cum titulo conjuncta eſt, ad eam requiritur tem- 77

pus, cujus origo hominum memoriam excedit. Cum enim tanto temporis ſpacio jus collectandi adquiratur, *c. ſuper quibusdam, §. Præterea, extra de Verb. ſignif.* Utique eodem tempore jus illud etiam amittitur, & Immunitas
78. adquiritur. Cum eodem modo quid amittatur, quo adquiſitum eſt, *l. quemadmodum 8. ff. de adquirend. vel amittend. poſſ. l. Nihil tam naturale 35. ff. de Reg. jur. & l. An inutilis 8. §. Acceptum 3. ff. de Acceptilat.* Receſſus quoque Imperii Auguſtanus *de Anno 1548. §.* Wañ auch ein außgezogner / *& §.* Wo aber innerhalb Menſchen gedencken / *pag. 11.* diſerte ſtatuit, Immunitatem hanc etiam immemorialis temporis præſcriptione adquiri. Sentiunt idem poſt alios Mandell. *conſil. 290. numer. 4. lib. 2.* Modeſtin. Piſtor. *dict. conſil. 4. num. 4. lib. 1.* & Andr. Gayl. *lib. ſingul. de pignorat. cap. 15. num. 13. verſ.* Quintò poſito, & Mynſing. *dict. Reſponſ. 1. numer. 57. verſ. Abſque omni verò dubio & §§. ſeqq. decad. 15.*

79. In hac autem præſcriptione titulus non requiritur, cum tempus illud ſit pro titulo, *l. 3. §. Ductus aquæ, ff. de aqua cottidian. & æſtiv.* Neque requiritur ſcientia & patientia Domini, Balbus *de præſcriptionib. part. 2. quintæ principalis, Quæſt. 4. num. 1.* Cum hoc neq; in præſcriptione 40. Annor. deſideretur, ut *antea* expoſui.

Cæte-

Cæterum quæ hactenus de præſcriptione Immunitatis ab ordinariis, & anniverſariis Collectis dicta ſunt, ſine dubio procedunt in præſcriptione adverſus Ducem, Comitem, Baronem, qui à Subditis ſuis non ſolum Provinciales, ſed & Circulares, ac Imperiales Collectas exigunt, Modeſtin. Piſtoris *dict. conſil. 4. num. 39. lib. 1.* Mynſing. *dict. Reſp. 70. decad. 7. & dict. Reſp. 1. decad. 15.* Verum ipſos quoque Principes, Comites, Barones, Imperii Status Immunitatem hanc præſcriptione legitimâ adquirere poſſe arguit abundè *ſupra* allegatus Imperii Receſſus Auguſtan. *de Anno 1548. dictis locis*, & plures alii, quorum *ſupra* aliquoties *hoc Tractatu de Collectis* memini. 80.

Non obſtat *L. Comperit, 6. C. de præſcript. 30. vel 40. Annorum*, ubi Anaſtaſius Imperator diſertè ſtatuit, *ne ulla temporis præſcriptio adverſus publicam Collationem vires habeat.* Eſt enim ea Lex de Tributo, quod ſpecialiter Imperatori, ex prędiis ipſi tributariis, in ſignum Subjectionis, Superioritatis, & Recognitionis univerſalis Dominii debetur, ut explicant eam Legem Bart. & Bald. *ibidem*, & Bald. *in l. Locatio, § Earum, ff. de publican. & vectigal.* Jaſon. *conſil. 208. num. 1. & 2. vol. 2.* Balb. *Tractat. de præſcript. part. 2. quintæ partis principalis, in prin. numer. 1. in fin. & num. 2. & Quæſt. 1. num. 1. Quæſt. 7. nu. 2.* Quam explicationem juvat quoque Text. *in c.* 81.

Cũ non liceat, *extra de præſcript. & c. venerabili, extra de cenſib.* Hic verò agimus de reſervatis Principi in ſignum ſingularis Privilegii, cujuſmodi etiam eſt jus exigendi Contributiones ob publicam Imperii, vel Provinciæ utilitatem, vel neceſſitatem indictas: In his præſcriptioni locus eſt, ut *ex ſupra dictis* patet, & docent Panormitan, *in c. Cum nobis, n. 11. extra, de præſcript. & ibidem* Felin. Balbus *de præſcript. dict. part. 2. 5. princ. in prin. n. 2. pag. 397.* Modeſtin. Piſtoris *dict. conſil. 4. num. 28. lib. 1.*

82. Nihil quoq; adverſus Immunitatis hujus præſcriptionem proficiunt cæteri Textus, quos Ægid. Thomat, *ſupra dict. loco* ordine adducit. Nam *L. Neq; fructuarium 8. Cod. de uſufruct.* agit de præſcriptione prædii fructuarii, quæ denegatur ipſi fructuario, non quod prædium ejuſmodi per ſe non ſit obnoxium præſcriptioni, ſed quod ipſe fructuarius non tenet illud ea poſſeſſione, quæ ad præſcribendum idonea ſit.

Malè quoque Thomatus *ex l. Omnes 2. Cod. de quadriennii præſcript.* aſtruit, in rebus & Obligationibus Fiſco incorporatis contra Fiſcum non currere præſcriptionem. Nihil enim *ibi* de præſcriptione contra Fiſcum agitur; ſed præſcriptione, qua Fiſcus præſcribens ſe tueri poteſt.

Neque opitulatur quicquam Thomati opinio-

opinioni Textus *in l. viam 2. ff. de via publica, &* *in l. 2. C. Commun. de uſucap.* Prior enim Lex illa non eſt de præſcriptione adverſus Fiſcum Imperii, ſed de non uſu viæ publicæ, quam nõ utendo quiſquam de Populo non amittit: cum meræ facultatis ſit, ire aut non ire per viam publicam. Poſterior Lex eſt tantum de Uſucapione rei fiſcalis, quæ olim fuit unius Anni, hodie triennii in rebus mobilibus, *Inſtit. de uſucap. in prin.*

Adhæc ineptè nititur Thomatus hoc Argumento, quod prædia Subditorum perpetuò ſint obligata Collectarum ſolutioni, *l. Imperatores, 7. ff. de publican. & vectigal. l. Cum poſſeſſor 5. in prin. ff. de cenſib.* & quod perpetuò obligatum eſt, non admittat præſcriptionem, *l. Quod ſi nolit, 31. §. ſi quid ita, ff. de ædilit. edict.* Sunt enim Subditorum prædia Collectis obnoxia, quam diu poſſeſſor immunis non eſt à Collectis: Immunitate ei præſtita, amplius obligata non ſunt. Eſt enim prædiorum Obligatio illa acceſſoria, poſſeſſoris verò Obligatio principalis: Hac igitur ſublata, tollitur & illa.

Præterea non ſuffragatur Thomato, quod ait, cõtra ſubſidium charitativum præſcriptionem currere nullam, per Text. *in c. Accedentes, ubi* Dd. *extra de præſcript.* Eo enim loco agitur tantum de præſcriptione temporis lõgiſſimi; Immemorialis temporis præſcriptionẽ eo loco

loco hoc in ſubſidio admitti, arguitur ex eo, quod onus illud ſpeciali Privilegio remittitur, cum quo Privilegio parem vim habet immemorialis temporis præſcriptio, *d. c. ſuper quibusdam, §. Præterea, extra de Verb. ſignif.* Ad hæc
83. charitativum ſubſidium non eſt onus Collectarum, ſed obligatorium, ut ipſe Thomatus agnoſcit. Contra Obligationem autem præſcriptio datur, non autem in his, quæ meræ ſunt voluntatis & facultatis ut *antea* dixi *ex l. viam 2. ff. de via public.*

84. Sequens Thomati Argumentum à Comparatione Decimarum cum Collectis ideò hic vim habet nullam, quod Decimæ ſunt res ſpirituales, in uſum pietatis ipſis Clericis conceſſæ, ut curam egentium animarum fideliter agant, *Can. Decimæ 16. Quæſt. 1. & Can. Decimas, 16. Quæſt. 7.* Unde etiam nulla temporis præſcriptione eas ſibi laicus adquirere poteſt, *c. cauſam, extra de præſcript.* Clerici tamen contra Clericos jure præſcribunt Decimas. Laicus item contra Clericos quotam Decimarum præſcribere poteſt, ut oſtendit Franciſc. Balbus *Tractat. de præſcript. part. 1. 5. princip. Quæſt. 7. numer. 2. & ſeqq. & maximè num. 6.*

85. De præſcriptione Decimarum egi *Tractatu meo de præſcriptione Feudi, cap. 2. num. 121.*
86. *& ſeqq.* Quod attinet Textum *in l. 1. Cod. Ne rei dominicæ, vel Templorum vindicatio temporis præ-*

ſcriptione

ſcriptione moveatur. Eſt illa de præſcriptione ſolum longi temporis: ſicuti arguit non modò utraque Lex ſequens, ſed & ſeries, ac contextus illius & ſequens, & præcedentium Titulorum. Hic verò agimus de præſcriptione quadragenaria & temporis, cujus origo hominum memoriam excedit.

Denique nihil quicquam juvat Thomati opinionem Textus *in Can. jubemus, 16. Quæſt. 4.* Ubi dicitur, quod publicę functiones ſint prę-ſtandæ, nec quiſquam ullius temporis auxilio ſe tueri poſſit. Eſt enim hic Canon deſcriptus *ex d. l. Comperit 6. C. de præſcript. 30. vel 40. Annor.* de cujus ſententia egi *ſupra* lectione proxima. 87.

Cæterum Immunitas à Collectis vel Privilegio, vel Conſuetudine, vel præſcriptione adquiſita, etſi excuſet ab ordinariis, & anniverſariis Collectis, non tamen præſtat libertatem à Collectis Turcicis, ut Receſſus Imperii diſertè oſtendunt: Uuormacenſis *de Anno 1495. Tit.* Von gemeinem Pfenning *in prin. pag. 29.* Auguſtanus *de Anno 1500. Tit.* Von Söldnern ꝛc. *& Tit. ſeq. pag. 42. & ſeqq.* Spirenſis *de Anno 1542. pag. 280. & de Anno 1544. §.* Und nemlich ſollen alle/ *pag. 112.* Tum etiam Decreta Comitiorum noviſſimorum *de Anno 1576. §.* Und nach dem dieſelben / *de Anno 1582. §.* Unnd demnach ſollen die Underthonen / *de Anno 1594. §.* Dem- 88.

demnach ſollen die Vnderthonen *de Anno 1598.* §. dieweil dann/ *&* §. *ſeq. & de Anno 1603.* §. nach dem/ *& ſeq.* Quibus Novellis Imperii Conſtitutionibus derogatur, quò ad hanc Collectam omnibus Contributionum Immunitatibus, quovis modo adquiſitis. Idq; præter alios ſentit etiam Joan. Koppen *Quæſt.61.num 16.*

89. Quinetiam ipſemet Imperator de Bonis & ditionibus ſuis, quas tanquam privatus poſſidet, Collectam hanc præſtare jubetur, ut arguit Receſſus Imperii Colonienſis *de Anno 1512.* §. Wo aber der Handel/ *verſ.* vnnd ſoll der Coſten *&* §. *ſeq.* darauff haben wir 2c.

Caput XII.

De modo imponendi Collectas.

Summaria.

1. *IN imperandis Collectis diſpiciendum, ne plus poſcatur, quam neceſſitas exigit.*
2. *Collecta imponendæ ſunt pro viribus Subditorum: Et danda opera, ne divitum Tributa tenuiores necent.*
3. *Aucto cujusque patrimonio augentur & Collectæ: Et vice verſa, diminutis Bonis, diminuuntur Collectæ.*

4. Cum

4. *Cum alicui Statui Imperii accedit Comitatus, vel Baronatus, jure Succeſſionis, Collectarum quoq; onus ipſum ſequitur.*

5. *Cum aliquod Territorium Statui cuidam Imperii decedit, imminui Collectarum onus debet.*

6. *Status Imperii, ſi Collectis immodicis ſe gravatum putet, querelam hanc ſuam coram Commiſſariis ad hoc ſpecialiter deſtinatis proponere poteſt.*

7. *Querela de immoderatis Collectis non pertinet ad Cameram Imperialem.*

8. *Civium univerſitate aucta vel minuta, non augetur, vel minuitur Collectarum quantitas.*

9. *Civium univerſitati indicta Collecta non minuitur ex eo, quod Civium quorundam agri ſteriles ſunt facti.*

10. *Singulis de Vniverſitate perſonis indictâ Collectâ unus pro alio non tenetur.*

11. *In modo Collectarum definiendo non eſt ſpectandus valor prædiorum, ſed quantitas fructuum inde perceptorum.*

12. *Æs quoque alienum conſiderandum eſt in definiendo Collectarum modo.*

13. *Vt conſtare poſſit, quanta Collectarum ſarcina Statib. Imperii, & Subditis imponenda, aut impoſita ſit, cõvenit explorari vires patrimonii cujusq;, & conficiendus cenſualis liber.*

14. *Cenſitores dicuntur, qui facultates cujusque explorant.*

plorant, & in librum cenſualem, quem Æſtimum, item Cataſtrum, tum etiam Matriculam vocant, referunt.

15. *Qua ratione Cenſitores cujusque facultates explorent.*

16. *Cenſitores operam dabunt, ne quoſdam gravius, quoſdam levius cenſitent.*

17. *Si quis putet, levatis aliis, ſe gravius Collectis oneratum, Æſtimum à Cenſitoribus licitè exigere poteſt, ut cognoſcat inde num ita ſit, necne.*

18. *Inventa inæquabilitate, peræquatores conſtituti inſpectis & adæquatis invicem patrimoniis inæquabilitatem emendare jubentur.*

19. *Subditus alicujus Domini Imperio immediatè ſubjecti, ſi quæratur de immodica Contributione exacta, poteſt à Camera Imperiali Mandata pœnalia contra huinc Dominum ſuum impetrare.*

20. *Exactio Collectarum immoderatarum acerbior ſeditioni occaſionem præbet.*

21. *Nimia de aſperitate ſui Domini, Imperio immediatè ſubjecti, conquerentes Subditi, Cameræ auxilium implorare poſſunt.*

22. *Subdito non conquerente de ſui Domini iniquitate nimiaque aſperitate poteſt ſuperior Magiſtratus, imò debet ex officio animadvertere in ejusmodi Dominum, & providere, ne Subditus indebitè, & plus æquo à Domino vexetur amplius.*

Porrò

POrrò ne modum diſtribuendi inter Subditos Collectarum onus ignoremus, de eo ſimiliter pauca hìc ſubjicienda duxi. Duæ autē comprimis Concluſiones hìc notandę veniūt: Una eſt de quantitate Collectarum ſingulis in Subditis collectandis definienda: Altera de æquabilitate inter Subditos ſervanda. Quantitatem illam quod attinet: Circa eam primò illud ſciendum eſt, quod pro æſtimatione ſumptuū, quos publica neceſſitas deſiderat, Collectæ imperari debeant, ne plus poſcatur aliquid, q̄ neceſſitas imperaverit, neve minus, ut Arcad. & Honor. Impp. ſcribunt *in l omnes 12. C. de operib. public.* & tradit Lud. Molinar. *de Trib. Diſput. 668. nu. 1*. Deinde quantitas illa diſtribuenda eſt pro virib. ſingularum tum Provinciarum, tum Civitatum, tum etiam hominum, *d. l. omnes 12. C. d. t. & l. 1. ibi, pro modo fortunarum, C. de munerib. patrim. li. 10.* Ludi. Molinar. *d. l.* Unde opera danda eſt, ne divitibus, & tenuioribus par Collecta imponatur, Alioqui enim illorum tributa, hos necabūt & depriment, ut ſentit Salvianus Maſſiliens. *lib. 4. mihi. pag. 116. in edit. Altorfina, & lib. 5. pag. 173. & pag. 176. & lib. 7. pag. 289.* 1. 2.

Hinc aucta Provincia, ſive Territorio, vel cujusq; patrimonio, augetur quoq; Collecta: & vice verſa, deminuta Provincia, vel Territorio, aut patrimonio cujuſdā, imminuitur quoq; Collecta, quæ Provincię, vel Civitati Imperiali, aut ſingulis imponitur, *l. 2. C. de alluvionib. l. 4.* 3.

Digitized by Google

§. Deficientiũ, ff. de Muner. & Honorib. l. forma 4. §. 1. ff. de cenſib. Roman, *conſ. 369. n. 32.* Corn. *conſil. 24. n. 16. in fin. vol. 3.* Dec. *conſil. 335. nu. 1.* Cravet. *conſil. 195. n. 6.* Simon de Prætis *conſil. 84. n. 3. vol. 1.* Ægid. Thomat. *Tract. de munerib. patrim § Retenta, n. 7. & 8. pag. 556. & ſeq.* Si itaq; alicui Imperii Statui accedat Comitatus, vel Baronatus Imperii, Jure Succeſſionis, eum quoq; onus Collectarum ſequi oportet, *l. ſi divina 8. C. de exactorib. Tributor. lib. 10.* Andr. Gayl. *lib. 1. Obſerv. pract. Obſerv. 21. n. 14.*

5\. Si verò cuidam Imperii Statui Territorium aliquod hoſtiliter, vel alio modo deceſſerit, ultra vires ditionum, aut Civitatum, quas adhuc poſſidet, Collectis Imperialibus gravari non debet, Andr. Gayl. *lib. 1. Obſervat. practic.*
6\. *dict. Obſerv. 21. nu. 18.* Hinc eſt, quod in Receſſu Imperii Auguſtano ſingulariter, cautum & Statibus Imperii permiſſum legimus, ut quærelas ſuas de immoderatis Collectis coram Commiſſariis ad hoc ſpecialiter deſtinatis proponant, probent, & deſuper judicialem ſententiã expectent, Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1548.* §. vnd nach dem ſich etliche *pag. 9. in prin.* §. dieweil aber daneben / *pag. 13. fac. 2.* & §. Wañ dann die beſchwerungen / *pag. 14. fac. 2. in fin.*

7\. Hujuſmodi ergo moderationis cauſa, die Ringerungs handlung non pertinet ad Cameræ Imperialis Forũ; ſed ſuos peculiares habet Judices ſive moderatores, nominatim ad hoc depu-

deputatos, coram quib. Imperii Status ſua gravamina ratione exactionum moderandarum vigore Receſſus Imperii agant, Mynſing. *Cent.* *3. Obſerv. 34.* Denayſius *de jure Camerali, Tit. moderationum cauſa cap. 191.* A quorum ſententia ad Commiſſarios Cæſareos, & Electores, alioſque deputatos Status appellare licet, Reichs-Abſchid *de Anno 1594.* §. Im fall dann ein einiger/ Regner. Sixtin. *Tractat. de Regalib. cap. 14. n. 149. & ſeqq.*

Si tamen Collecta cuidam Civium univerſitati conſueverit imperari, eâ vel auctâ, vel deminuto Civium numero ipſa Collecta neque augetur, neque minuitur. Quod enim Univerſitas debet, ſinguli non debent, *l. ſicut 7. §. 1. ff. Quod cujusque Vniverſit. nomin.* & aucta vel deminuta Civium univerſitate, ſemper univerſitas manet, Petr. Coſtal. *in l. 1. ff. de Evict.* Hinc indictà Civium univerſitati Collectà, ſi quorundam Civium agri facti ſint ſteriles, vel omninò inutiles, nō propterea minus præſtat univerſitas, ſed deficientium portionem cæteri Cives dependere jubentur, *l. omne Territorium 4. C. de cenſib lib. 11.* 8. 9.

Quod ſi verò ſingulis de univerſitate Perſonis indicatur Collecta, tunc unus pro alio nō tenetur, Ægid. Thomat. *Tract. de Contributionib. patrimonior. dict. §. Retenta, nu. 11. pag. 561.* Anton. Faber. *in Codic. Fabr. libr. 3. Tit 12. definit. 4. num. 4.* Sed Civibus illis, qui aliqua- 10.

tenus patrimonio defecerũt, proportione detrimenti aliquid remittendum eſt de indicta Collecta, *d. l. 4. § Deficientium, ff. de Munerib. & Honorib. & d. l. 4. §. 1. ff. de cenſib.* Meminiſſe hic
11. etiam oportet queq. in Collectis imperandis ſpectandum eſſe, non qui prædiorum cujuſq; valor ſit, ſed quid fructuũ inde percipi queat, Alber. de Roſat ad Rubr. *Tit. ff. de Munerib. & Honorib.* Burſat. *conſil. 186. n. 4.* Cephal. *conſ. 637. n 7. cum ſeq.* Surd. *conſil. 146. nu. 5.* Camill Borel. *conſil. 63. n. 23.* Panciroł *conſil. 153. n. 13.* Diaz. Florez. *Quæſt. 21. n 82.* Ant. Faber. *in C. Fabriano lib. 9. Tit. 29. Definit 21.* Sixtin. *Tractat. de Regalib. libr. 2. capit. 14. numer. 146.* Eſt & illud hic
12. obſervandum, quod in modo imponẽdi Collectis reſpiciendum quoq; ſit ad ęs alienũ, quo detracto Collecta præſtanda eſt de eo, ꝙ reliquũ eſt, per jura proximè allegata *facit l. ſubſignatũ 39. §. 1. ff. de verb. ſignif.* & docet Sixt. *Tract. de*
13. *Regal. cap. 14. n. 154. & ſeqq.* Ut a. conſtare poſſit, quãta Collectarũ ſarcina imponi Statib. & Subditis cõveniat, explorandę ſunt vires patrimonii cujuſq;, & conficiendus cenſualis Liber, quẽ alii Æſtimum alii Cataſtrum, vulgò Saalbuch/ itẽ Stewr-Regiſter appellant, Status Imperii Matriculã vocant: quo in libro deſcriptũ continetur, quantũ quiſq; penſitare Collectarum nomine debeat. Cujuſmodi liber publici Inſtrumenti vim obtinet, ac plenè probat pro Domino collectante æſtimationem Bonorum

& quan

& quantitatem Collectarũ ſingulis Annis ſolvendarum, Joan. Rudinger. *Cent.4.ſingular.Obſervat.Obſerv.4*. Qui a. facultates cujuſq; ad imponendam Collectam explorant, & in cenſualem referunt librum, Cenſitores dicuntur *in d. l.4.§.1.ff.de cenſi.& Rubr.C.de cenſib.& Cenſitorib. lib.11.* Atque hi præſtito prius juramento, vel groſſo modo facultates cujuſq; inſpiciunt, & pro ſuo æquo arbitrio ſecundum vires patrimonii cujusq; Collectas diſtribuunt, Bar. *in l. ult.C.de prædiis & omnib.reb.navicularior.lib.11.* Feſtas *de Æſtimo,cap.2.n.38.part.1.* Vel quemque medio juramento facultates ſuas manifeſtare cogunt, Feſtas, *de Æſtimo ca.1.n.39.& ſeqq part.1.* Id quod in Germania, variis in Provinciis & Civitatib. uſitatum ſcimus. Alteram quod attinet Concluſionem de equabilitate inter Subditos in Collectis imponendis ſervanda, convenit omninò, ut proportionabiliter Subditi collectentur, & danda opera, ne aliqui gravius, aliqui levius cenſitentur, *l.3 §.Præſes 15. ff.de Munerib. & Honorib. l.4.C. Quemad.civilia munera indicũt.li.10 l fundos 10.C.de fund.patrim. lib.11. l.Id ab unaquaq; 12.C.de annonis & Tribut.l.10.* Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1548.§.* und nach dẽ ſich etliche/*ibi*, einen billichen gleichẽ/ Reichs-Anſchlag machen/ Aymon Gravett. *cõſ. 195.n.9.* Colleg. Facultatis Juridicę Lipſenſ. *conſ. 36.n.23.& 24. Tomo.1.conſilior.* Juriſconſultor. Germaniæ. Quod ſi quidam Subditorum opi-

14. (margin, beside "Qui a. facultates")
15. (margin, beside "Atque hi")
16. (margin, beside "Alteram quod")
17. (margin, beside "Quod ſi")

nentur levatis aliis gravius ſe oneratos, Æſtimum à Cenſitoribus licitè exigere poſſunt, ut cognoſcant inde, ſintne magis gravati, quam alii Subditi. Andr. Gayl. *de Arreſtis c. 9. n. 20. circa finem*, Cavalcan. *Deciſ. 68. n. 4. & ſeqq.* Ludovic. *Deciſ. 43. n. 7. & 8.*

18. Quod ſi de inæquabilitate quærelas moveant, Peræquatores conſtituuntur, qui inſpectis & adęquatis invicem patrimoniis, inęquabilitatem emendent, & releventur, quibus Collectarum ſarcina gravior eſt impoſita, & graventur, qui cenſiti ſunt levius, *d. l. fundos 11. Cod. de fundis patrimon. lib. 11. l. Id ab una quaq; 12. C. de annon. & Tribut. lib. 10.* Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1548.* §. vnnd nach dem ſich etliche / *pag. 9. in prin.* Cujac. *ad Rubric. Codic. de Cenſib. & Cenſitorib. & Peræquatorib. libr. 11.* Anton. Faber. *in Codic. lib. 9. Tit. 29.*

19. Hinc ſi Subditus Domini alicujus Imperio immediatè ſubjecti ſe ultra modum, & vires facultatum ſuarum Collectis gravatum dicat, à Camera Imperiali Mandata pœnalia contra Dominum ſuum impetrare poteſt, uti præjudicia etiam recentia arguunt.

20. Illud autem inprimis cavebit Magiſtratus quiſq;, ne in modo imponēdi & exigendi Collectas ſe nimis acerbum & immanem præbeat: Quippe cum immoderatâ Contributionum exactione ad ſeditionem Populus facile excitetur, ſicuti Hiſtoriæ veteres, & recentiores noſtra

noſtra quoque ætate abundè teſtantur. Et ſi 21.
iniquè & tyrannicè Collectis aliiſque onerib.
grauentur Subditi, poſſunt de aſperitate ſuorum Dominorum coram Superiore quærelas ſuas proponere, & in Camera Imperiali, ſi immediatè Imperio ipſi Domini ſubſint, contra eos Mandata impetrare, Mynſing. *Cent* 5. *Obſervat.* 8. Andr. Gayl. *lib.* 1. *Obſervat practicar. Obſervat.* 17. Vide quoq; Mynſing. *Reſp* 1. *decad.* 11. *part.* 2.

Quin etiam licet Subditi non conque- 22.
rantur de iniquitate ſuorum Dominorum: poteſt tamen ac debet Superior ex officio providere Subditis, ne indebitè, & plus æquo vexentur à Dominis ſuis, *l. Illicitas* 6. §. *Ne potentiores, ff. de officio Præſid.* Andr. Gayl. *dict. Obſervat.* 17. *n.* 7. & Mynſing. *d. Obſerv.* 8. *num.* 13.

Caput XIII.

De modo exigendi indictas Collectas ab his, qui ſe in præſtandis Collectis refractarios præbent.

Summaria.

1. Cum certa eſt Collectarũ præſtatio ex ipſo Æſtimo, Cataſtro, ſive Matricula, extra ordinẽ, & de-

plano executivè contra moroſum & refractarium Subditum procedi poteſt.

2. *Non ſolventes indictas Contributiones cuſtodiâ, non carcere noxiorum hominum cogedi ſunt.*

3. *Forenſes ſi non ſolvant indictas Collectas, prædiorum fructus jure detinentur, & ſequeſtrantur: quod factũ pro pignoratione non habetur.*

4. *Subditi pecuniaria quoque mulcta ad Collectarum ſolutionem adigi poſſunt.*

5. *Pignorum quoque captio & diſtractio hic locum habet.*

6. *Pro Contributionib. Subditorum prædia tacitè obligata ſunt; proindeq; ipſis ſolutionem præſtare ceſſantibus ipſa prædia jure diſtrahi poſſunt.*

7. *Princeps Imperii in Camera Mandatum contra Subditos hoſce refractarios impetrare poteſt.*

8. *Subditus poſt indictam Collectam domicilium ſi mutet, vel ipſemet prahẽdi & impediri, vel bona ejus detineri poſſunt, donec Collectas ſolvat.*

9. *Contra Status Imperii, ſi ad præfinitum diem nõ præſtent Collectam Mandata in Camera decernuntur.*

10. *Si Status perrexerit cõtumax eſſe, & moroſus in ſolvendis Collectis, Regalibus ſuis, ac Privilegiis privatur, & proſcriptionis pœnâ coercetur.*

11. *Si cujusquam facultates amplius tanta non ſint, quantæ fuerũt antea, collectandus eſt pro modo & quantitate patrimonii præſentis temporis.*

12. Pe-

12. *Petuntur quoque indictæ Contributiones per Actionem perſonalem, vel realem, vel interdicto.*

13. *Perſonalis illa Actio vel certi Condictio eſt, vel Cōdictio ex Lege Imperii.*

14. *Realis Actio, qua petitur indicta Collecta, eſt vel hypothecaria, vel utilis confeſſoria Actio.*

15. Uti poſſidetis *Interdicto utili agitur Collectarum nomine propter turbationem in quaſi poſſeſſione juris collectandi.*

16. *Contributiones exactæ converti in alium non debent uſum, quam cujus nomine ſunt indictæ.*

17. *Cauſa Contributionis ceſſante, amplius non debent gravari Subditi.*

18. *Magiſtratus diverſi cum certant de jure imponēdi Collectas, locus eſt confeſſoriæ, & negatoriæ, Actioni utili; tam etiam Interdicto* uti poſſidetis: *Interdum quoq; Interdicto* unde vi.

19. *Qui ſe immunem à Collectis dicit, contra exigentem eas negatoria experiri Actione poteſt.*

20. *Cauſæ Collectarum, & penſitationum Imperialium inter extraordinarias referuntur Cauſas.*

LEgitimè verò imperatâ Subditis Collectâ, ſi ipſi moroſos, & refractarios ſe præbeāt in ea ſolvenda, variis cogi poſſunt juris remediis. Primò n. ſi ex Æſtimo, cataſtro, ſive Matricula indicta Collecta certam habeant præſtationem, extra ordinem, de plano, & levato, ut ajunt, velo celeriter proceditur. Andr. Gail *lib. 1. Obſerv. 20. nu. 5.* Et Collectæ hujus non ſolutæ 1.

nomine inobedientes cuſtodia contineri, non autem carcere noxiorum hominum coerceri poſſunt, *l. 2. C. de exactorib. Tributor. lib. 10.* Menoch. *lib. 1. de arbitr. judic. Quæſt. 88. n. 5.* Anton. Peregrin. *de jure Fiſci lib. 6. Tit. 7. num. 7.* Burſat. *conſil. 345. n. 37.* Florez. *Quæſt. 21. n. 145.*

3. Forenſes tamen in alieno Territorio prædia poſſidentes non poſſunt cuſtodiæ tradi ob non ſolutas Collectas Domino Territorii; ſed fructus ipſorum prædiorum jure detinentur & ſequeſtrantur, Andr. Gayl. *lib. 2. Obſervat. practic. Obſerv. 52. num. 20. & 22.* Quod factum pro pignoratione prohibita haberi non poteſt, Petr. Frider. Mindan. *de proceßib. Cameralib. lib. 1. cap. 36. num. 13.* & Denayſius *de jure Camerali, Tit. Mandata ſuper Conſtitution. pignorationum, & captivor. num. 23.* Conferunt eodem, quod ſcribit Andr. Gayl. *lib. de Pignorationib. cap. 15 num. 12. & 13.*

4. Pecuniaria quoque mulcta adigi poſſunt Subditi ad Collectarum ſolutionem, Andr. Gayl. *dict. Obſervat. 52. numer. 20.* Thilman. de Benignis *Syntag. 1. Dec. 1. voto. 7. num. 91.*

5. Deinde à Subditis moroſis ob contumaciam pignora capiuntur, & diſtrahuntur, *l. 1. & l. 2. Cod. de capiendis & diſtrah. pignorib. Tributor. cauſ. lib. 10. l. Etiam Furti 8. Codic. de Furt.*

6. Adhæc quia pro Collectis & penſitationibus prædia Subditorum tacitè obligata ſunt, *l. 1. Codic. In quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacitè contrah.*

trah. l. Imperatores 7. ff. de public. & vectigal. Andr. Gayl. *dict. Obſervat. 52. num. 21.* Andr. Rauchbar. *Quæſt. 16. num. 4. part. 1.* poſſunt & illa, ceſſante in ſolvendis Collectis Subdito, jure diſtrahi, *l. 1. & l. 2. Codic. ſi propter public. penſitation. vendit. fuer. celebr & l. cum poſſeſſor 5. §. ult. ff. de cenſib. l. Prædiis 36. ff. de jure Fiſci.*

Cæterũ ſi Civitas Principi immediate Imperio ſubjecti indictam collectam ei præſtare neget, poteſt Princeps ille contra ipſam Civitatem in Camera Mandatum impetrare, ut ſcribit Rutgerus Rulant. *de Commiſſar. & Commiſſion. part. 1. lib 3. cap 8. n. 6.* Quod ſi Subditus poſt impoſitam Collectam alio domicilium transferat, & Collectas communi Provincialium placito prius indictas ſolvere detrectet, ob moram bona ejus, vel ipſius perſona prehendi & impediri poteſt, ut Bartolũ ſequutus tradit Andr. Gayl. *li. de Arreſt. ca. 9. n. 21.* Ubi rationes hujus ſententiæ adducit. 7. 8.

Modus compellendi Status Imperii ad Collectarum ſolutionem hic eſt. Quando ad 9. præfinitum diem non præſtant Collectã, Mandata ad pœnam dupli adverſus ipſos in Camera decernuntur, ſive Eccleſiaſtici ſint, ſive Laici, Reichs-Abſchid *de Anno 1576.* §. und nach dem / *& ſeqq. &* §. darwider auch *de Anno 1582.* §. unnd nach dem / *&* §§. *ſeqq. &* §. dieweil dann *&* §. *ſeq. de Anno 1594.* §. darüber / *& de Anno 1598.* §. dargegen aber.

Si con-

10. Si contumax eſſe perrexerit Status Imperii in ſolvendis Collectis, Regalib. Privilegiisque ſuis privatur; itemq; proſcriptionis pœnâ coercetur: q̃ pœnam vtramq; Camera, ſi ita viſum fuerit, in pecuniariam convertere poteſt pœnam, Reichs-Abſchid *de Anno 1594.* §. da aber Einiger / *&* §. darneben ſollen / Petr. Denayſius *de jure Cameral Tit. Contributiones Turcicæ nu. 99.*

11. Quod ſi ex ipſo Æſtimo, Cataſtro ſive Matricula certum quidem ſit, quantũ quiſq; Collectarum nomine præſtare debeat; At Subditus aliquis tantum dare recuſet, ea de cauſa, quod tantæ amplius non ſint facultates ſuæ, quantæ fuerint confecti Æſtimi ſive Cataſtri tempore, utiq; audiendus eſt, & pro modo, ac quantitate præſentis patrimonii ſui collectandus, per ea, quæ tradit elegãter Cravett. *conſ. 195. n. 3. 5. & 6.* & conferunt huc, quæ dixi *cap. præced.* Non obſtat, ꝙ ſolvendæ ſunt Collectæ ſecundum tempus impoſitionis, non a. ſolutionis, ſeu præſens tẽpus, *Gl. in l. Incola 29. ff. ad Municipalem*, & Petr. d. Ubald. *Tract. de Collectis n. 24.* Iſthæc n. ſententia exaudienda eſt de Collecta, quæ nunc primum nova Indictione imperata eſt, nõ de Collectæ quantitate, antiquitus indicta, & in Æſtimo deſcripta, ac aliquoties ſuperiorib. Annis præſtita. Proindeq; pertinet ad Quæſtionẽ, de qua *ſupra*, an cuivis, qui poſt indictam Collectam, at nondum ſolutam domiciliũ ſuum alio transfert, eam nihilominus præſtare teneatur?

Item

Item ad Quæſtionẽ, An qui Immunitate à Collectis fruitur, ceſſante Immunitate illa Collectam ſolvere cogatur, quæ, durante adhuc Immunitate illa, fuit indicta, de qua Quæſtione ſimiliter egi *ſupra* & videndus eſt Surdus *conſ.*
146. vol. 1. Quandoq; non per executionis, ſed 12.
actionis modum indictæ Collectæ petũtur, & quidem vel perſonali, vel reali Actione, vel Interdicto. Perſonalis illa Actio, aut eſt certi cõ- 13.
dictio, ut quę competit ex Conventione, qua Status Imperii vigore Matriculæ Imperii, vel Ordines Provinciales die Land-Ständ promiſerunt certam pecuniæ ſummam Collectarum nomine præſtare, Andr. Gayl. *lib. 1. Obſerv. pract. Obſerv. 20. n. 6.* Aut competit ex Conſtitutione ſive Decreto Imperii, vel Principis Privilegio, proindeque ex Lege condictio eſt *l. un. ff. de cõdict. ex Leg.* Adſeſſor Cameralis *voto 1. nu. 4. ſub part. 1. Supplicationum, & votorum Cameralium, Tit. 6 ſub ſymphoremate* Adriani Gylmanni. Rutger. Ruland. *dict. Tract. de Commiſſar. & Commiſſionib. part. 3 lib 3. cap. 8. numer. 12. 14. & 15.*

Realis Actio, qua Magiſtratus perſequi- 14.
tur indictas & non ſolutas Collectas, eſt vel hypothecaria, vel utilis cõfeſſoria Actio. Hypothecaria competit prædiorum nomine, quę tacito jure pro Collectis & Tributis Magiſtratui obligata ſunt, ut *ſupra* oſtẽdi & docet Bald. *in l. 1. C. de annon. & Tribut. lib. 10. & conſ. 279. vol. 5.* Ægid. Thomat. *Tract. de munerib. matrimonialib.*

d. §. Re-

d.§. Retenta, num. 32. pag. 579. & Rutger. Rulant. *dict. cap. 8. n. 2. & 6.* Confeſſoria utili Actione pro Collectis agitur, quando vel Imperii Fiſcalis, nomine Imperatoris, vel Magiſtratus alius collectandi jus ſibi competere intendit adverſus eum, qui ſe ab indictis Collectis liberum dicit, Tiber. Decian. *conſil. 41. nu. 142. vol. 2.* Pancirol. *conſil. 119. numer. 14.* & Rutger. Rulant, *dict. cap. 8. n. 19.* ubi duo præjudicia Cameralia adducit, unum in cauſa fiſcali, *contra* Braunſchweig/vnnd Ritterßhauſen/ Alterum *in cauſa* Teutſchen-Maiſters *contra* Donawerde.

15. Interdictum, quod Collectarum nomine competit, eſt utile Interdictũ *uti poſſidetis,* quo agit vel Imperii Fiſcalis, vel alius Magiſtratus contra eum, qui Collectas præſtare ſolitus eas ſolvere amplius renuit, atq; ita in poſſeſſione illius juris actorem turbat, Pancirol. *conſil. 119. numer. 14.* Rutger. Ruland. *dict. capit. 8. numer. 9. & 13.* De Requiſitis hujus Interdicti conſulendus eſt Mynſing. *Reſponſ. 16. num. 2. decad. 2.* & Andr. Gayl. *lib. ſing. de pignorat. cap. 22. num. 3.* Adſeſſor Cameralis *ſub Symphoremat.* Adriani Gylmanni *Tom. 1. part. 2. Tit. 6. voto 1. n. 1. & 2. & voto 7. n. 1.*

16. Exactæ autem Contributiones in nullum alium converti uſum debent quam cujus nomine ſunt indictæ, Reichs-Abſchid zu Augſpurg *de Anno 1518.* §. vnnd nemblich dieſer/ *pag. 110. fac. 1.* Reichs-Abſchid zu Wormbs *de Anno 1545.*

1545. §. demnach haben wir / *pag. 329. fac. 1. &* Achſchid *de Anno 1594.* §. Gleich wie abgeſetzte / & Molinæ. *de Tributis Diſputat. 667. num. 2.*

Quinetiam neceſſitatis Cauſâ ceſſante, ob quam imperantur Collectæ, amplius Contributionum onere gravari non debent Subditi *l. un. in prin. Cod. de Caduc. tollend d. l. Ex facto 43. in prin. ff. de vulg. & pupill Subſtitut.* Molinæ. *Diſputat. de Tributis 667. numer. 1. & 6.* Vaſq. *de Succeſsion. progreſs. libr. 1. in præfat. nu. 68. & 69.* Certant quandoq; de jure imponendi Collectas Magiſtratus diverſi, cum ambo illud ſibi alicubi vindicant, quo caſu & petitorium, confeſſoria ſcilicet, & negatoria, Actiones utiles, & poſſeſſorium *uti poſsidetis*, utile Interdictum locum habet, ut oſtendit Andr. Gayl. *lib. 1. Obſervat. practic. Obſerv. 5. num. 1.* & Adſeſſor Cameralis *vot. 6. Tit. 6. partis 2. Supplicationum & votorum Cameralium in ſymphoremate* Adriani Gylmanni. 17. 18.

Interdum quoque Interdictum *unde vi* pro collectandi jure proponi poteſt; ut ſi unus Imperii Status alium Statum Imperii vi prohibeat alicubi indicere & exigere Collectas, ut alios ſequutus docet Rutger. Rulant. *de Commiſſar. & Commiſsionib. dict. capit. 8. numer. 10.* Quo caſu etiam locus eſſe poteſt Condictioni *ex Can. Redintegranda, 3. Quæſt. 1.* quod remedium omnium eſt pleniſſimum & tutiſſimum, Andr. Gayl. *libr. 2. Obſervat. 75.*

num.

numer. 10. Menoch. *de recuperand. Poſſeſſ. Remed. 15. n. 5.*

19. Denique ſi quis immunis ſit à Collectis, negatoria Actione experiri poteſt adverſus Magiſtratum, urgentem Collectarum ſolutionem, Bart. *in l. ſi publicanus 4. §. in omnibus, ff. de publican. & vectig.* Dd. *in §. Æque, Inſtit. de Actionib.* Rutger. Ruland. *dict. cap. 8. numer. 17.*

20. Eſt & illud hic notandum, quod cauſæ Collectarum & Penſitationum Imperii inter extraordinarias referuntur cauſas, ut arguit Receſſ. deputat. & viſitat. *Anno 57. §.* Ferner nach dem / & Receſ. viſitationis *Anno 64. §.* auff das anbringen / & tradunt Andr. Gayl. *lib. 1. Obſervat. 20. numer. 5.* Bernhard. Grevæ. *lib. 1. practic. Concluſ. Concluſ. 20. Conſiderat. 1. numer. 2. & Concluſ. 21.* Matthias Stephani *lib. 2. de jurudict. part. 1. capit. 3. num. 43.*

Digitized by Google

13-13-A-31-

EORUM, QUAE IN PRÆMISSO COLLECTARUM FASCICULO FASCIANTUR, Index ſuccinctiore forma apparatus.

Numerus prior pagellam, poſterior Summarium denotat.

A.

ACtione etiã perſonali vel reali Contributiones petuntur. 237. 12.
qualis ea actio. 13.
Actione negatoria experiri poteſt immunis contra exigentem. 240. 19.
Aes quoq; alienum conſiderari par eſt. 22, 8. 12.
Aeſtimũ. 117. 16. 228. 13.
Alexandri M. magna verba de nimium collectantib. 11. 16.
Alea, Luxus, Pompa, injuſtæ ſunt collectandi cauſæ. 7. 5.
Ampt-Stewr. 48. 1.
Anlag *quid.* 6. 1. Reichs-anlag. 19. 2.
Apocha q. d. 133. 11. 134. 12.
Aula Principis diſtenta contractos efficit Subditos, & invalidos etiam valentes. 12. 17.

B.

Banck-Rheiniſche vñ Schwäbiſche. 43. 31.
Bawgelt. 66. 11.
Baronum quæ dignitas. 32. 7.
Berna quid: unde einen Beeren anlegen. 6. 2.
Beeth *quid.* 6. 1. 65. 6.
Bona obligata cum jure ſuo tranſeunt. 156. 43.
Bona dicuntur deducto

Digitized by Google

are alieno. 160.56.

C.

Camera Statuū Imperii eviſcerata, vires Subditorū explorantur. 21.11.

Capitis Collecta quæ. 99. 2. quo alio nomine. 3. regulariter non indicitur. 100. 5. quibus. 6.

Capitatio varios habet ſignificatus. 100. 4.

Cataſtrum. 117.16. 228.13

Cauſa Contributionū ceſſante ceſſat Subditorū gravamen. 239.17

Cauſa Collectarum & penſitationum Imperii quibus accenſeantur cauſis. 240.20.

Cenſitores qui. 229. 14. quatenus cenſeant. 115. eorum in cenſendo cautela. 16.

Charitativum ſubſidium quid & quale. 7.7.

Circulares quæ ſint Collecta. 24. 1. à quibus imperentur. 25.6.

Circuli ſuos habent Præfectos. 24.3.

Circulis decē Romanum Imperiū diſtinguitur 24.2.

Civitas & qualibet Vniverſitas Provincialis ſemet ad voluntariā contributionē obſtringere poteſt. 56. 15.

Civitas Imperialis quæ. 40. 25. cui ſubjaceat. 26. quo nomine germanico. 41. 30.

Civitatum Imperialium quædam liberæ, quædam non. 41. 29. duo latera. 42. 31. primaria quænam. 43. 32. quos collectare poßint. 33. qualia jura habeant. 43. 34. 35. 36. 44. 37. 39. 45. 40. earum jus Superioritatis quomodo propriè & impropriè dicatur. 46. 43.

Civium aucto vel minuto numero, Quantitas Collectarum neq; augetur, neq; minuitur. 227. 8. agros ſteriles Collectarum indictio non curat. 9.

Clerici unde Collectas præſtare teneantur. 183. 18.

Collatio. 6. 2.

Collecta ſoli ſive poſſeſſionis quibus

INDEX:

quibus. 100. 7. *Mixta quot modis indicatur.* 101. 89. *unde notetur.* 10. 11. *per fumantes, item per æs & librã, quæ* 103. 1. *quando imperetur:* 2. *alio nomine:* 3:

Collecta *ferè omnis per æs & libram.* 103. 4. *Extraordinaria.* 64: 3. *qd* 4. *quæ.* 65. 7. *Ordinaria, alio nomine.* 64. 2. *quæ* 65: 6. 71: 19. *genera hujus quot.* 66. 8. *Turcica quid.* 19. 3. *quid nõ.* 30: 2:

Collectæ & *Tributi conventio & Diſtinctio.* 12. 18:

Collectæ *Impoſitio rem ipſam reſpicit:* 102: 12.

Collectam *Turcicam & eam, quæ ob Bellũ, in univerſum omnes.* 36: 17. 18. 19. 20.

Collecta *legitimè indicta, quæ via cum refractariis ineunda:* 233. 1. 2.

Collectæ *Circulares quæ.* 24. 1. *â quibus imponantur.* 25. 6. *Imperiales quænã.* 19: 2. *unde noſcantur & quales.* 19. 4. 5. 20. 6. *â quibus imponantur.* 20. 7. 8. *quibus:* 21. 10. 11. 22. 13. *quid non.* 30. 2. *Præfecturales quæ.* 48. 1. *Provinciales quæ.* 29. 1. *quæ non.* 30. 2. *cur imponantur.* 3: *unde denominentur.* 31. 4. *â quo indicantur.* 5. *quibus auxiliis.* 33. 8:

Collectæ *Symbola ſunt & ſigna & notæ Superioritatis.* 14. 23. *â quibus & quibus imponantur.* 34. 11. 15. 24: *rectè indictæ quoſnam obligent:* 31. 10. *niſi ob publicam utilitatem, neceſſitatemvé urgẽtem nõ exiguntur.* 63. *non quavis de cauſa: Cauſæ fictitiæ, imaginativæ & quæ non poſſunt admitti.* 7. 4. *veræ & quæ collectari Subditos meritò ſuadent.* 7: 7. *Injuſtè exiguntur in luxum & Pompam.* 7. 5: *extra juſtam Collationis cauſam odioſæ ſunt.* 9. 10. *Diſcordiæ & ſeditioni periculoſæ occaſionem præſtant.* 7: 6. *contra eas interpretatio facienda eſt.* 10. 11: *abſq; juſta exacta cauſa vi præſumuntur extortæ.* 10: 12: *ut chari-*

charitativum ſubſidium â Subditis jure optimo, dum neceſsitas urget, Principibus præſtantur. 7. 7. hoc autem caſu, literas reverſales jure merito præſtat Subditis Magiſtratus. 9. 8.

Collectarum Appellationes variæ: appellantur enim alio nomine Berna; Contributio; Collatio; Indictio; Tributum; Steura. (6. 2.

Collectarum Definitio. 5. 1. Diſtinctio prima 19. 1. ſecunda. 64. 1. tertia. 99. 1. Indictio de Regalibus eſt, earundem vero inter Subditos diſtributio non item. 17. 25. Neceſsitatem intendenti an fides habenda. 9. 9. onus nec grave, nec leve nimis eſto. 225. 1. imponendum pro viribus Subditorum. 2.

Collectandi jus unde. 52. 1 unde probetur. 117. 16. de Regalib. eſſe. 13. 20. idq; tàm infimis quàm ſummo Principi competere, docetur. 14. 20. Magiſtratui, qui omnimodam duntaxat jurisdictionem, ſivè merum mixtumq; Imperium habet, non competit: niſi urgente neceſsitate; atq; iſthæc Collectatio ritè procedit, non per modum præcepti, ſed ex harmonico Cōmunitatis ita vel aliter decernentis cōcentu ac Conventione. 16. 26. ad eundē Magiſtratū, qui ſolus aliquo loci jurisdict. exercet, pertinere, ex eo, quod quis Iurisdictionem ibi, ubi aliquis Imperii Status Regalia ſibi non vindicat, minus auſpicato præſumitur. 16. 27.

Collectis quænam res obnoxiæ. 124. 1. 125. 2. 126. 3.

Comes quoq; Collectas Imperii ſolvere tenetur. 22. 13.

Contributio quid. 6. 2.

Contributionum exactarum uſus probus. 238 16.

Conventus edicendi poteſtas penes quos. 243.

Conven-

Conventuum Circulatium diſpunctio. 24. 4. eorum acta & effecta. 5.

Credendum ne neceſſitatem Collectarum prætendenti. 9.9.

D.

Diſcordiam pariunt Collectæ injuſtæ. 7.6.

Dignitas Baronum regalis. 32.7.

Diſtributio indictarum Collectarum inter Subditos non eſt de Regalibus, ut ipſa earundẽ Indictio. 17.25.

Doctores à Collectis, quæ Poſſeſſionibus, non ſunt immunes. 195. 44. à perſonalibus verò Collectis. 196. 45. à muneribus liberi ſunt. 46. non moleſtari debent à Metatoribus, in recipiendis hoſpitib. 47.

E.

Eccleſia Collectam ex prædiis emtis poſt indictam Collectam præſtare tenetur. 185.24.

Eccleſiaſticum corpus ab aliquibus Collectis immune. 182.16. 183. 21. à Turcicis Collectis non item. 183. 19. neque. 20

Eminentiæ ſuperioris indicia ſunt Collectæ. 14. 23.

Emphyteuta an Dominus directus, &c. 131.5. ſolvens Collectam, pro quo Apochã accipere debeat. 134.12.

Emphyteuta Eccleſiæ ungde Domino ſeculari ſolvat Collectam. 136.14. 97.16.

Equeſtris ordo an Collectam debeat. 192.38.

Extraordinaria Collatio, &c. eſt Imperialis Collecta. 19. 4.

F

Facultates alicujus perſonæ ſi non tãtæ ſunt, quantæ fueruut, quid agendum Collectantibus. 236. 11.

Fewerſtatt. 103. 1.

Fiſcus à quo exigere poſſit Collectam. 157. 47.

Folge. 6.1.104.3.

Forenſes quoque mixtam ſolvere tenentur. 115. 12.13.14.116.15.117.17.18. niſi ſolvant Collectas in dictas, proceſſus. 234.3.

Freye Reichs-Stätt. 41.30.

Fructuarius unde ſolvat. 132.7.

Fructus qui. 150.33.

Functiones publicæ quid. 133.9. eas quis ſubire teneatur. 10.

Fundi conducti nomine quis ſolvat. 139.18.

Fürſten-Statt. 49.3.

H.

Heres in univerſum jus defuncti ſuccedit. 158.50.

Heres Tributum unde dependere cogatur. 156.44

Hülffgelt. 6.1. Reichs-Hülff. 19.2. Türcken-Hülff. 3.

Hypotheca quando conſtituatur. 158.49.

I.

Imperare divitibus Collectas, quàm ex pauperum anguſtiis ditari ſatius eſt. 11.15.

Imperator quid 55.13. ipſemet quoq; de propriis ſuis ditionib. Collectas præſtat. 222.19.

Imperatoris locum obtinere Principes reſpectivè dicitur. 32.6.

Imperium merum unde 55.11.12. merum mixtumque licet habeat, niſi Regalium jus accedat, collectare nemo poteſt. 15.24. Romanum quot habeat Circulos. 24.2.

Imperii Circulorū præfectis, quænā poteſtas. 24.3.

Imperii Status aliquis, ubi locorum Regalia ſibi non vindicat, cui Iuriſdictio ibidem loci competit, collectandi jus eidem quoq; competere, qui ſolus ibi Iuriſdictionem exercet, ſiniſtrè præſumitur. 16.27.

Imperii Status in tres diſtinguuntur claſſes. 20.9.

Imperiales Collectæ quæ ſint. 19.2. quales, & ſigna ex quibus noſcantur. 19.4. 5.20, 6. à quo indicantur. 7.8. cujus conſenſu. 20.8. unde eas Statibus Imperii

Digitized by Google

præſtare permiſſũ. 21. 10. 11.

Impoſitio, indictio Collectarum, 6. 2. eſt de Regalibus; indictarum verò inter Subditos diſtributio non. 17. 25.

Indictionis Vocabulũ requiris? quære ſub litera C. de Collectarum indictione.

Injuſta quædam Collectarum cauſa. 7. 4. 5.

Injuſtè exactæ, vi præſumũtur extortæ. 10. 12. quid cauſentur. 7. 6.

Interdicto etiam petuntur Contributiones. 237. 12.

Interdicto utili, uti poſſid., agitur Collectarum nomine. 230. 15.

Inveſtitus ſit licet de Comitatu ſuo Comes, Collectã tamẽſſolvere cogitur. 22. 13.

Ius collectandi an de Regalibus ſiet. 13. 20. Cui competat, cæterisné etiam, an ſummo ſaltẽ Principi. 14. 21

Ius retractus cui & contra quem competat, 118. 20.

Ius regale quibus competit, ſingulari & valida neceßitate ſuperati, quàm propriis vincere virib. haut valent, ad collectandum jure admittuntur. 7. 7.

Ius Vaſallagii. 35. 14.

Iuſtæ quædam ſunt collectãdi cauſæ. 6. 3.

Iuriſdictio & conceßio ejus unde. 56. 14.

Iuriſdictionem etſi quis omnimodam habet, neque tamen collectandi ſtatim jus habet. 16. 27. eã qui alicubi ſolus exercet Magiſtratus, collectandi quoq; jus eundem exercere poſſe ibidem loci, ex eo, quod Iuriſdictionem habet ibi, ubi Imperii Status aliquis Regalia ſibi non vindicat, præſumptio non aſſumitur. 16. 27.

K.

Knechten. 101. 8.

Kreiß-Oberſte. 24. 3.

Kreiß-Tag außſchreiben. *ibidem.*

L.

Land-Stände. 33. 8. Statt. 48.2.

Lands-Fürſtliche Obrigkeit. 86. 43.

Lex, qua cavetur, ne quis rem ſuam, &c. irrita eſt. 180.15.

Liberi duodecim immunitatem à Collectis præſtãt. 175.5. *à civilibus muneribus excuſant.* 176.7.

Literæ reverſales quibus & quando præſtandæ. 9.8.

Locupletiorũ loculis incubare, quàm ſtramineis in Subditorũ nidulis ova velle excludere, Magiſtratui magis laudi ducitur. 11.15.

Luxus, alea, Pompa non ſunt veræ collectandi cauſa. 7.5.

M.

Magiſtratus quos, 106.1. *quo modo.* 12.9. *quivis quavis de cauſa collectare nequaquam audet.* 7.4. *quando reverſales præſtare literas Subditis teneatur.* 9.8. *Imperi an ſuos collectare Subditos poſſit.* 39.24.

Magiſtratui, non urgente neceſſitatis ſtimulo, collectare Subditos diſſuadetur, &c. 16. 26. *neceſſitate Collectarum prætendenti anne fides intendenda.* 9.9.

Magiſtratus diverſi certantes de jure imponendi Collectas, &c. 239.18. *Regale quibus competit jus, neceſſitati cui neſciunt mederi, Subditorum curam adhibere poſſunt.* 7.7. *antequam Subditos onerant, propria exonerare marſupia debent.* 10.13. *Tyrannelli cenſentur, quando Subditos præter modum Collectarum jugo ſubdunt.* 11.14.

Mägdten. 101 8

Manns-Perſoné. 101.8.

Maritus cujus prædI Dominus. 141. 21.

Marſupia propria, quam Subditorum, exinanire Magiſtratui magis convenit.

nit. 10.13.

Matricula. 117.16.228. 13.

Mercatores an publicis à vectigalibus alieni. 187.31.

Modus Collectarum unde diffiniendus. 228,11.

Modi orbitam exorbitãtes, qui & quales. 11.14.16.

Mulier an & unde Collectam. 163,63.

Municipio an jus collectandi competat. 49.4.

Municipalis Collecta quæ 48.2. alio nomine. 49,3. an de Regalibus. 50.5. cujus juris. 51.6.

Mutter. 101.8.

N.

Neceſſitas quando poſtulat, juſto tempore poſtulari cenſentur Collectæ 6.3. ut ſæpies Legem frangit: ita quandoq; Subditorum arculas effringit. 7.7.16.17.

Neceſſitatem Collectarum præoccupanti annè locus. 9.9.

Negocia Conventuũ Circularium. 25.5.

Nobilis an collectare auſit. 51.7. an privilegiatus à præſtandis Collectis. 188.32. Iure Iuſtinianeo non. 190.34.191.35.37.

Nobiliũ Diſtinctio. 189.33.

O.

Obligatio & vinculum ſolvendi perſonam concernit, 102.12

Obligatio præſtãtiæ quando in eſſe producatur. 157.45.

Obrigkeit. 46 43.

Odium injuſtæ pariunt Contributiones. 7.10.

Oeconomia Principis oeconomicè inſtituta Subditorum Fortunam diſponit: contra omnia quaſi venalia exponit. 12.17.

Onere duplici nemo homo gravandus. 35.16.

Ordines Imperl in tres diſcernuntur claſſes. 20.9.

P.

Pactum. 161.59 60.

Patrimonl Anatome

ante Collectarũ partitionẽ præſumi debet. 228. 13. vis in Collectis indicendis qui ſignificetur. 131. 4.
Patrimonio cujuſq; aucto augeſcunt Collectæ. 225. 3.
Patrimonialis Collecta. 101. 9.
Pauperes, dum Collectæ colliguntur, manum in ſinu fovent. 174. 1.
Perſonæ mutata conditione ipſa conditio variatur. 138. 17.
Pignorum captio & diſtractio ubi locum inveniat. 234. 5.
Pompa, luxus, alea non juſtæ contribuẽdi cauſæ. 7. 5.
Poſſeſſionis fructus qui percipit, à Collectarum Contributione non excipitur. 132. 6.
Prædia quum tacitè obligata ſunt. 234. 6.
Præfectis Imperi Circulorum qualis & quanta poteſtas. 24. 3.
Prætendenti Collectarũ neceſſitatẽ an credendũ. 9. 9.
Princeps quos collectare poſſit. 39. 22. an vaſallos. 12. 13. an pro Filia elocãda, &c. 73. 24. Imperi contra refractarios in Camera Imperiali Mandatum impetrare haut difficulter poteſt. 235. 7
Principis aula in anguſtum acta Subditis Collectarum funem laxat: ampla verò & ſumptuoſa ſtringit, arctat, angit, necat. 12. 17.
Principes omnes æquè ac ipſus Imperi Imperator collectandi jure de Regalibus exhilarantur. 14. 21. in Principatibus propriis, proprios quoad Subditos, idem, quod Imperio in univerſo Romano Imperator, habere jus dicuntur. 22.
Principes & cæteros Magiſtratus Collectas neque ſuo ex arbitrio nec quavis de cauſa imponere. 7. 4. antea, quam Subditos gravãt, ſuos levare, elevare & in apricum ponere theſauros

decet

decet. 10. 13. Regale quibus competit jus, ſi neceſſitate quadam ſingulari agitantur, cui proprio virium flabro non ſufficiunt, à Subditis, ſubſidium veluti Charitativum, expoſtulare Collectas neutiquã dedecet. 7. 7.

Principibus Imperl an ſuis in Provinciis vices Imperatoris. 32. 6.

Profeſſores quod adtinet, Doctores ſub lit. D. enunciant.

Provinciales Collectæ quæ. 29. 1. quæ non. 30. 2. qua de cauſa imponantur. 31. 3. per quos. 5. quorum ope, conceſſione & conſenſu exigantur. 33. 8. unde naſcantur ſ. denominatio earundem. 31. 4.

Q.

Querela de immodeſtia immodicè mendicantium Collectas quonam. 226. 7.

R.

Realis Collectæ munus cui ſit oneri. 148. 31.

Regalem cum cæteris Magnatibus dignitatem habere dignoſcuntur Barones. 32. 7.

Regali jure gaudentes rationabili ex ratione Collectationis jure gaudent. 7. 7.

Regalium jure qui non gaudet, collectare Subditos non poteſt. 15. 24.

Regiſter. 228.

Reichs-Stätte. 41. 30

Reichs-ſteur; Reichs-anlag; Reichs-Hülff. 19. 2.

Res tranſit cum ſua cauſa. 185. 26.

Res unde æſtimãda. 137. 15.

Retractus jus. 118. 20.

Reverſales literæ quando & quibus præſtandæ. 9. 8.

Rheiniſche Banck. 43. 31.

S.

Salarium quando Paſtorib. &c. qui ad Collect. 57. 16.

Saal-buch. 117. 16. 228. 13.

Scha-

Schatzung. 6.1.65.7.
Schilling. 101.9.
Schulden. 165.69.
Schwäbische Banck. 43.31.
Seditionem gignũt Contributiones iniquæ. 7.6.
Status aliquis Imperii Regalia ubi non vindicat ſibi, ex eo quod quis Iuriſdictionẽ in eodem habet loco, haud dextrè colligitur, collectandi jus eidem competere Magiſtratui, qui ibidem ſolus Iuriſdictionem. 16.27. *gravatꝰ cui querelã.* 226.6.
Statui Imperii accedente Comitatu vel Baronatu Collectarum quoque onus accedit. 226.4. *& contra.* 6.
Status Imperii in tres diſtinguuntur Claſſes. 20.9. *Imperii Collectas unde præſtare teneãtur.* 21.10. *quando & quatenus collectare Subditos poßint.* 21.11.22.12. *quã à ſuis exigũt Subditis, Collecta Turcica non eſt Provincialis.* 30.2. *Collectas non ſolventes quomodo tractari debent.* 235.9. *ſin contumaces eſſe perrexerint.* 236.10.
Steura quid. 6.2.
Steur. 5.1.6.2.19.2.3.48.1.66.10.104.3.
Steur-Regiſter. 228.12.
Stipendii & Tributi Diſcriminatio. 13.19.
Subditus quis propriè, & domiciliũ ejus ubi. 106.1. *poſt imperatam Collectam ſi domicilium mutet* 225.8. *nimiùm onuſtus Dominum ſuum moleſtantem ad Camerã Imperialẽ trahere poteſt ac debet.* 230.19.231.20.
Subdito tacente Magiſtratus gravantis injuriam acclamare & vindicare ex Officio debet. 231.22.
Subditi quando & quibus collectantibus Imperii Statibus obtemperare tenentur. 21.11.22.12. *neceßitate æſtimabili preßis Collectas, ut charitativum ſubſidium*

ſidium non immeritò præſtant.7.7.ex Communitatis voce & Conventione haud intempeſtivè ad Collectarũ ſolutionem damnantur.16. 27. pecuniaria quoq; multa ad ſolutionem adiguntur. 234.4.ne prædia ſua in Forenſeis alienent,caveri Statuto poteſt. 118.19.

Subditorum paupertatem deplorare, explorare verò facultatem Facultiſtarum,hæ demum boni Magiſtratus partes. 11.15.

Subditis quando literæ reverſales præſtãdæ.9.8. quæ ab Imperii Statibus imponitur,Collecta Turcica,non eſt Provincialis. 30.2.

Subditos ad Collectarum Contributionẽ levis & nulla ratio nunquam cogit.6.3. plus æquo gravantes non Domini, verùm Tyrannelli indigetantur. 11.14. quales ejus cretæ crumeni-mulgos & marſupi-ſugos Alexander Magnus. 16.

Superindictũ quid,64.4.

Superiori æqualia ſubjacent vota. 33.8.

Superioritatis indicia ſunt Collectæ. 14.23.

Subſidium charitativũ, quid & quale.7.7.218.82.

T.

Templi reſtaurandi gratia an Collecta. 57.17.

Tempus Impoſitionis, nõ Solutionis inſpicitur.157.46.

Temporaria Contributio quomodo aliter. 143.26.

Tributum. 6.2.eſt onus fructuum. 141.20.

Tributi & Collectæ Συνονυμία pariter & diſſonantia. 12.18.

Ttibuti & Stipendii diſcretio. 13.19.

Turcica Collecta. 19.3. 68.13, hanc quinam. 35.16. 36.17.18.114.11.115.12.

Türcken-Hilff; Türcken-Steur. ibidem.

Tyrannelli cenſentur qui Subditos Contributionum

num nimietate exenterant. 11.14.

V.

Valetudinarii Collectas negligunt. 174.2.

Vaſalli quales & quali tempore Collectas. 35.16. 38.21.

Vaſallagii jus. 35.14.

Vatter. 101.8.

Vectigalia & Collecta ejuſdem Iuris ligamento laborant. 208.65.

Vi, quæ abſque juſta & æquabili cauſa imperantur; Collectæ præſumuntur extorta. 10.12.

Vngewiſſe Schulden. 165.69.

Vota paria parent Superiori. 33.9.

Vtilitas publica urgensvé neceſſitas quas imponit, tolerãdæ ſunt Collecta. 6.3.

W.

Weibs-Perſonẽ. 101.8.

Wohnung. 103.1.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

248

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sas... 53
Tel. ...

Digitized by Google